Itē nota ꝙ ꝓpter defectum pſone ornamēta eccleſiaſtica ñ polluūt·

Preſbiter et diacon9· C· 8r

in hoc ca· ꝙ qñ pbr et diaconus ordinantur recipiunt tactum corporalem per manus impoſitionem ritu introducto ab apl̄is quod ſi fuit obmiſſum ſtatuto tempore ad hmōi ordines conferendos debet caute ſuppleri quod p errorem extitit ptermiſſum· nec dicit̄ ꝓpterea aliquid iterari· ſuſpenſio manuum tunc debet fieri cuꝫ oratio ſupinfunditur ordinandi· ‖ Nota ꝙ pbr et diaconus per manus impoſitionem debent ordinari· ‖ Iteꝫ nota ꝙ ordinatio ſacerdotis et diaconi īducta eſt exemplo apl̄orum· ‖ Item nona ꝙ licet in conferendo ſacramento ſit defect9 nō tñ reiteratur qḋ legitime factum eſt ſed ſupletur ḋfectus· ‖ Iteꝫ nota ꝙ ſuppletio ordinis non debet fieri niſi in diebus conſtitutis ad ordines faciendos· et ſic nota ꝙ idem eſt in parte qḋ in toto· ‖ Item nota ꝙ duo imperfecta faciunt vnum perfectum·

De filijs pſbrorum ordinandis· vel non·

Et filij· Ca· Prio 8r qḋ filij pbrorꝫ non promoueant̄ ad ſacros ordines niſi fuerint monachi vel in conuerſatiōe canonica regulari laudabiliter cōuerſati· Secundo dicitur ꝙ prelationeꝫ nullatenus habere poſſunt Tercio dicitur ꝙ ſerui non ſint ordinandi niſi a dominis ſuis prius donentur plenarie libertati· ‖ Ex hac decretali nota ꝙ ingreſſus monaſterij tollit irregularitatem prouenientem ex alterius delicto· ‖ Item filij pbrorum prelationeꝫ habere non poſſunt· ‖ Item ſerui ordinari non dn̄t ñ fuerit māumiſſi·

Ad pſentiam· C· pbr R· acceſſit ad pa·

tacito ꝙ eſſet filius ſacerdotis· impetrauit vt cappellanus exiſteret in eccleſia i qua pater ſuus miniſtrauit· ſignificatū fuit domino pa· ꝙ cum eſſet in ſacerdotio genitus veritate tacita litteras impetrauit· vnde mandat lincoñ· epō quatinus ſi cōſtiterit ei ꝙ dictus· R· pbr ſit in ſacerdotio genitus et ꝙ pat̄ ei9 in eadem eccleſia miniſtrauit· ↄmoueat illum ab illa eccleſia nō obſtātibus litteris predictis· ‖ Nota ꝙ littere veritate tacita impetrate ñ valent·

Preſencium· Caſus· ꝓhibet

hic papa ne filij ſacerdotum debeant miniſtrare in eccleſijs paternis vel eas aliq̄ occaſione detinere· ſed inde penitus ammoueantur· ‖ Nota filium in paterna eccleſia non poſſe miniſtrar̄e

Conquerente· Caſus· mortuo pbro eccleſie ſancte marie· M· clericus fuit preſentatus ad eam a patrono· R· fili9 dicti pbri impediebat ei9 inſtiōeꝫ vnde dictus· M· ↄq̄ſtus fuit pape· mandat papa· ſi publicum eſt et notorium patrem dicti· R· habuiſſe pſonatum in dicta eccleſia filius eius nullomodo inſtituatur ibidem et ſi iſtitutus eſt remoueatur· ‖ Nota ꝙ filius portat iniquitatem patris· quod verum ē temporaliter non aūt eternaliter·

Veniens· Caſ9· epūs londoñ· ordinauit· P· clericum in pbrm ad capellā ſancti laurentij quam conceſſit eidem· p9modum vero ipſum ſpoliauit eadeꝫ ꝓ

eo q pater eius in ipſa eccleſia mi niſtrauit. Sacerdos ille ſignifica uit hoc domino pa. vnde mandat papa eidem epo quatinus ſi cōſti tit ei quando eccleſiam ei conceſſit q pater eius pbr in ipſa eccleſia miniſtraſſet ipam ſibi reſtituat et i pace dimittat ammoto alio ſi quē in ea inſtituit. Sed ſi hoc ignora uit ex quo eum ad ipam ordinauit eaȝ ſibi reſtituat donec ſibi de alia prouideat. vnd honeſte valeat ſu ſtentari. Nota in omnibus dec talibus iſtis q filius non debȝ ſuc cedere patri in eccleſijs paternis. Item qui ſcienter ordinat indig nuȝ compellitur ei puidere.

Propoſuit Caſ9. R. cleric9 a prōno preſenta tus fuit ad eccleſiam de ſalab. eps dioc. noluit curam aiarum commit tere p eo q eſſet filius ſacerdotis ppter q acceſſit ad pa. dicēs q eſ ſet in ſubdiaconuȝ ordinatus. rſcri bit. pa. epo dicens. q indignum ē vt careat beneficio eccleſiaſtico q̄ i ſubdiaconum eſt ordinatus. Man dat q̄tinus aliquem honeſtū pbrȝ cum aſſenſu illius clerici debeat in uenire qui eccleſie ipſi deſeruiat. ita q prefatus R. habeat medie tatem omnium beneficioꝝ ipſi9 ec cleſie. quoȝ ſolus pbr miſſaruȝ ſol lemnia vel alia officia ſine clerico ñ poteſt celebrare. Nota q in ſa cris ordinib9 conſtitutus non de bet carere beneficio. Item ſacer dos ſolus ſine clerico nō dȝ eſſe.

Extranſmiſſa. Ca. abbas de caſt. preſenta uit vuil. clericū archiepo cant. ad eccleſiam de. N. ſed archieps eum recipe noluit. eo q pater ei9 in ip ſa eccleſia miniſtrauit. ipſe ad pa pam accedens ſignificauit ei q̄lr fuerat repulſus addens q pat ei9 i ipſa eccleſia miniſtrauerat media interueniēte pſona. mandat pa. ei dem cantuar. archiepo quati9 ſi ē ita. predictum vuil. ad eccleſiaȝ p dictam admittat. non ideo min9 ob ſeruato aplici reſcripti decreto q in eccleſia dei p ſucceſſionem here ditariam deteſtatur. Nota q in eccleſia non habet locum ſucceſſio. Itē nota q media pſōa tollit viciū ſucceſſionis.

Conſtitutus. Caſus. Quidā clericus. G. no mine quandam capellam canonice fuerit adeptus vt dicebat et eā plt bus annis poſſedit quiete. tandeȝ R. miles ipſuȝ ſpoliauit ead eȝ ppt quod clericus apud ordinariuȝ de poſuit queſtionem. obiectuȝ fuit ei q pater eius in cappella miniſtra uit eadem ppter quod capellam ñ potuit rehabere. ipſe conqueſtus eſt domino pape. dicēs q pat ei9 nec pſona nec vicarius perpetuus fuit in ipa capella. aliquando tam ſtetit ibi ſed nullum ius habeat in ea. Mandat papa epo vigornieñ. quatinus ſi conſtiterit ei q dictus cleric9 a predicta capella fuerit p potētiaȝ laicalem eiectus. et q pa ter ei9 ñ fuit perſōa vl ppetu9 vi carius in ipſa. licet quando q mi niſtraſſet ibidem nomine predicti G. faciat eam ſibi reſtitui cum fru ctib9 ide pceptis. Nō q ſpoliat9 reſtitui debet cū fructibus percep tis a tempe ſpoliationis.

Itē perpetuus vicarius ius di citur habere in eccleſia vnde fili9 eius ſuccedere non poteſt.

Ex tua. Caſus. archieps ebo raceñ. obtinuit indul gentias a domino papa vt poſſit diſpenſare cum filijs ſacerdotū vt remanere poſſent in eccleſijs quas patres eoꝝ nullo medio habuerīt

dunmodo eſſent bone vite et opi=
nionis vel longo tpe eccleſias te=
nuiſſent. archi epſ diſpenſauit cuz
aliquibus talium poſt iſtam diſpē
ſationem quidam ad iudices impe
trauerunt litteras a papa. vt ſi cō
ſtaret predictos cuz quibus diſpē
ſatum fuerat eſſe filios ſacerdotū
vel clericorum qui ꝓxīo ante illos
eccleſias tenuerunt imponerent il
lis ſilentium. et eccleſias illas ipis
impetrantibus aſſignent tacita ve
ritate. de ꝑmiſſa diſpēſatōe archi
epſ ꝯſuluit dominū papaz vtrum
per litteras illas diſpēſatio ſua d
beat reuocari. R. ſ. ñdet papa ꝙ ſup
priores litteras cum aliquibus di
ſpenſauit. diſpenſationem illam ñ
vult p poſteriores litteras irrita
ri. Jn fine precipit pa. clericos lai
ce donationis intuitu in eccleſijs ſi
ne auctoritate epiſcopi inſtitui et
inſtitutos precepit remoueri.
¶ Nota ꝙ diſpenſatio ſemel conceſſa
reuocat̄ ¶ Itez littere veritate ta
cita īpetrate ñ valent. ¶ Itē null9
dz īſtitui in ecc̄ijs ſine auctoritate
epiſcopi

Nuoniā ſacris. Cauſ. man=
dat papa cā
tuarieñ. archiepō et eius ſuffraga
neis quatinus ſi publicum fuit pa=
tres perſonatum in eccleſijs habui
ſſe filios eoꝝ ab eccleſijs illis ex=
cludant nec ad eas vlteri9 aſſumā
tur. et ſic hoc publicum eſt. nec cā
in iudicio deducatur. nec teſtes ad
mittantur. ¶ Nota ꝙ i notorijs or
do iuris non requiritur.

Ad extirpādas. C. dicit̄ ꝙ
ꝙ filij pbo
rum qui eccleſias tenent in quib9
patres eoꝝ nulla perſona media
miniſtrarunt tanq̄m perſone vel
vicarij perpetui remoueantur ab
illis ¶ Nota ꝙ filij pboꝝ non poſ
ſunt ſuccedere patrib9 in eccleſijs
in quibus patres eorū perſone vl
vicarij fuerunt perpetui. ¶ Item
media perſona purgat vicium ſuc
ceſſionis.

Ad hec. Caſus. queſitum fuit
a papa. vtrū filij epi
ſcopoꝝ poſſint ad ſacros ordines
ꝓmoueri ſi alias digni ſint. R. ñ
det papa ſi de legitimo matrimonio
ſunt geniti nec aliud impediat poſ
ſunt ad ſacros ordines licite ꝓmo
ueri et in eiſdem eccleſijs in quib9
preſunt patres eorum beneficium
obtinere. ¶ Nota ꝙ pater et filius
legitimus ſimul poſſunt eſſe in ead
eccleſia. ¶ Itez nota hanc dec. ge
neraliter ꝓ omnibus filijs clerico
ruz de legitio matrimonio genitis
ꝙ poſſunt ad ſacros ordines ꝓmo
ueri et eccleſiaſtica beneficia habē
non ſolum in eccleſijs alijs ſed etiā
in paťnis patribus eoꝝ viuis vel
mortuis.

Michael. Caſ9. michael pbr
propoſuit corā pa
ꝙ eccleſiaz ſancti Io. canonice fuit
adeptus. hed. N. filius anthonij
pbri. qui ꝓrimo ante habuit pſo
natuz ipſius eccleſie aſſerit ad ſe ꝑ
tinē vicariam e9d eccīe mādat pa
pa quatinus ſi conſtiterit dictum ꝑ
filiū fuiſſe ipſius antonij qui ꝓri
mo habuit perſonatum illi9 eccie
ſup vicaria ip̄i9 ei ſilentiū perpe
tuum imponatur. ¶ Nota ꝙ filius
ſacerdotis patri ſuccedere non po
teſt tanquam perſona vel tanquā
vicarius in eccleſia ꝑmanere.

Literas. C. quidā vir et eius
uxor coi ꝯſēſu ꝓmiſe
runt caſtitatez ſe ſuaturos. qui ꝓ
miſſa ī facie ecc̄ie vir promotus fu
it poſtmodum vſqz ad ſacerdotium
Tandez in ſacerdotio conſtitutus
habuit acceſſuz ad vxorem et ex ea

filium genuit. H. nomine. iste. H. desiderauit a pueritia ministrare domino i officio clericali dicit pa. licet a filijs paterna incontinentia sit appellenda si dignus est alias p mittit eum in clericum ordinari. et ad ecclesiasticum bñficiũ pmoueri vnde valeat sustentari. Nota q natus de vxore legitima habet p non legitimo. et hoc ideo. quia na tus est post cõtinentiam cõi volũ tate promissam 7 ita de illicito coi tu dici potest.

Cum decorem. Cas9. filij ca nõicoꝝ. de il legitimo matrimonio nati non dñt canonici fieri vel prebendas habẽ in ecclesijs in quibus patres eorũ sunt instituti: quia inpudicum ẽ vt non legitimus filius impudico pa tri in altaris officio ministret. Nota q illegitimus fili9 non debz ministrare patri in officio altaris.

Ad abolendam. Casus. In pl'ibusq ec clesijs quedam inoleuit corruptela q filij canonicoꝝ fiebant canonici in ecclesijs secularibus in qui bus patres erant eoꝝ instituti canonici. precipit concilium q cano nicorum filij et maxime spurij non fiant canonici in ecclesijs seculari bus in quibus patres eoꝝ sunt in stituti. et si contra factum fuerit. ñ valeat eoꝝ institutio et q̃ tales canõicare p̃sũpserint a beneficijs suis suspendantur. Nota q q̃ ca nonicãt indignos suspendi debẽt a beneficijs suis et istituti ꝛmoueẽ.

Dilectus filius. Casus. Vir gilius pbr habebat quandam ecclesiam curaz animarum habentem quã nullo me dio habuit pater eius prepositus sancte marie ipsuz monuit vt eccle siam ipsaz dimitteret. ipse vero di cebat q remensis archiepũs aplicẽ sedis legatus cũ eo dispensauerãt et ideo eam dimittere nolebat pre posit9 significauit h domĩo pape mandat pa. q̃tin9 ñ obstãte aliq̃ di spensatione que a se. ap. non manauit statuat q canonicum fuerit ap re. ipsum ab ecclesia remouendo. Nota q solus pa. cum filijs sacer dotũ potest dispensare vt presint in ecclesijs in quibus patres eoruz habuerunt psonatuz siue curã ani marum nullo medio.

Nimis. Casus. In prouincia turoñ. filij sacerdotuz et alij non legitime nati promoue bantur ad dignitates et psonatus et ad alia beneficia curam animaꝝ habentia sine dispensatione aplice sedis vnde mandat papa archiepi scopo turoñ. quatinus predictos oẽs remoueat a dignitatibus per sonatibus et hmõi beneficijs curã animarum habentibus et illa pso nis idoneis conferri faciat p illos ad quos collatio ipsorum noscitur pertinere. precipiens ne id decete ro attemptare presumant. Nota q sol9 papa potest dispensare cũ filijs sacerdotum vt ad dignitates et curam aĩarũ possint pmoueri.

De seruis non ordinandis et eorũ mãumissiõib9.

INstruendi. Ca. di cit q ñ debet ordinari seruus ñ prĩo fuerit absolute ma numiss9 quia quod vitupari pote rit precauendum est. hoc habes in fra. liiij. di. per totuz. Nota ver bum illud quod infirmari vel vitu pari potest p̃ caueri debet.

De ſeruorum. Caſus. Statuit concilium toletanū. vt nullus pbroꝝ de cetero promoueat ſeruos ad ſacros ordines nec etiam ad minores. niſi prius a dominis libertatem fuerit cōſecuti et ſi aliquis ſeru9 fugiat dominum ſuum et fraudulenter ad gradus eccleſiaſticos promotus fuit deponatur. et dn̄s eius eū recipiat. ¶ Nota ꝙ ſerui promoueri nō debēt ſine licentia dominoꝝ ſuoꝝ. ¶ Item qui ordinat̄ ſine manumiſſione ignorante domino vel contradicēte deponendus eſt. ¶ Item ſꝫ aliquis fuerit in poſſeſſione libertatis eam amittit.

De famulis. Caſus. Statuit ocil̄. toletanū. ꝙ eccleſia poſſit cōſtituere pbros et diaconos per parrochias de ſeruis ſuis. ita tn̄ ꝙ primo accipiāt libertatem et quicqd illi poſtmodū acquiſierunt vel eis datum fuerit ad extraneaſ perſonas nō tranſmittant. ſed omnia poſt obitum ſuum ad ius eccleſie a qua manumiſſi ſūt debeant pertinere. quoniam accuſandi vel teſtificandi aduerſ9 eccleſiaꝫ omnis aditus precludatur ſicut ⁊ ceteris libertis. ad quod ſi aſpirauerint et libertatem mittāt et honorem ordinis quod non dignitate nature ſed temporis neceſſitate meruerunt. ¶ Nota ꝙ liberti dominum ſuū accuſare non poſſunt vel ꝯtra ipꝫ teſtificari ſine venia.

Nullus. Caſus ſi aliquis ſeruum ſuum donauerit libertati. et eum fecerit in pbrꝫ ordinari. et ille poſtea in ſuperbiam elatus domino ſuo noluerit canonicas horas celebrare. accuſetur ad epm̄ ſuum et degradetur. ¶ Nota in mnaumiſſo ꝑpas ſpirituales poſſe retinere. ¶ Item nota aliquam ingratitudinem ad priſtinum ſtatum reducendum.

Conſuluit. Caſus. dicitur in hoc canone ꝙ eps̄ non ordinet ſeruos vel ſpurios. quoniam in conſecratione cuiuſlibet epiſcopo dicitur. vide ne quēlibet ſeruilis condictionis preſumas ad ordines promouere ¶ Nota ꝙ ſeruus vel ſpuri9 ordinari n̄ dꝫ.

Eo libentius Caſus. Aliquis ſeru9 eccleſie filium ſuū obtulit ipſi eccleſie a qua libertatem fuit aſſecutus vt in ipſa eccleſia dn̄o dēat deſeruire in ordine clericali. Queritur vtrum p9 aliquod tempus poſſint eccleſiam illaꝫ dimittere et ad aliam ſe tranſferre. Papa hic diſtinguit vtrum ob eo tenore fuerint manumiſſi et oblatio ordini clericali vt ī ea dū vixerit debeāt deſeruire in diuinis officijs et tunc ad aliam eccleſiam ſe tranſferre non poſſunt vel vtrum abſolute fuerunt manumiſſi. et tūc poſſunt licite ad aliā ſe tr̄ſfe. Nos ꝙ libertas datur ſub ꝯdictione vl̄ tenore et tunc ille compellitur cōditionem ſeruare.

Miramur. Caſus. Aliquando ſerui ordiant̄ ſine licentia dominorum ſuoꝝ queſitū fuit a papa qualiter iſti ſic ordinati debeant in ſeruitutem vel non debeāt reuocari. papa mirat̄ de hac queſtione cum certum ſit in canonibus quomodo debeant vel non debeant in ſeruitutem reuocari. verū tamen de ordine ſubdiaconali. cuꝫ de eo nulla fiat mentio in decretis. dicit ꝙ ille ordo eodem priuilegio gaudet cū diaconali quia ſꝫ olim ſi reputaretur ſacer in eccleſia primitiua. cū a tpe greg. et vrbani ſedꝫ moderna tpa ſacer reputatur.

¶ Nota ꝙ ſubdiacōat9 et diacōat9

ſimili priuilegio gaudet.

Dilectus. Caſus. Johannes miles impediebat. G. diaconum ne ordinaret in pbrm ea occaſione quia dicebat patrē ipſius diaconi hominem ſuum eē quā uis mater ipſius libera eēt. vnde ille diaconus hoc propoſuit coram pa. vnde mandat pa. archiepo ne apol. quatin9 ſi predicta vera ſūt ipſum militem compeſcat ab hui9 modi impedimento ‖ Nota q filii9 ſequitur condictionez libere matis

De obligatis et ratiotinia ordinandis vel non

MAgnus eps. Caſ9 epiſcop9 auguſteñ. queſtuit in concilio vtrum procuratores actores executores pupillorū ſeu curatores debeant ordinari. gratus eps. rñ. q p9 officia ſua depoſita et reddita rōne ſui officij pñt ordinari dummō al'. digni inueti fuerint ſ3 non antequaz liberati ſint ab officijs ſuis. quia eccleſia infamatur cū p9 ea conueniunt ſup officijs ſuis omnes dixerūt. recte reſpōdit ſctitas veſtra et ita eſt nr̄a ſententia. Nota q ordinandi liberi debent eē non ſolum a ſeruitute ſ3 etiam ab officijs ſecularibus.

De corpe viciatis ordinandis vel non.

Ne pſbro. C. q̄dā pbr obtulit duellū cuidam adūſario ſuo et oblatū ab eo ſuſcepit pbr i illo duello partem digiti ammiſit. q̄rebat vt ſ9 poſſit celebrare i ordie ſacerdotis. rñ. pa. q cū ipe nō āmiſit tm̄ de digito q̄n bñ poſſit ſine ſcādalo celebrare. vñ p9 pactā pñiam ſatis poterit cū eo miſericorditer diſpēſari vt i ordie ſuo miſtret ‖ Nō caſū in q̄ eps pōt diſpēſare.

Cum de tua. C. q̄daz electus fuit in epm op ponebat ſibi q habebat maculam in occulo et q nō erat legiti9. mandat pa. q diſpenſet cū eo i vtroq3 ‖ Nō q enorme dānū corpis ipedit pmouendum.

Ex parte. Ca. q̄dā monachus bartho. noie in cunabulis ſect9 fuit p9modū fuit ordinat9 i diaconū. q̄rit an poſſit vlterius ad maiores ordies pmoueri rñ. pa. q niceṅu cōciliū phibet illos ad ordies pmoueri. et ſi pmoti ſūt dñt deici q̄ ſeipos abſciderunt vl affectauerūt ut ab alijs abſciderēt dū tñ ſani erāt. ſ3 q̄ i cunabilis ſecti ſūt bñ poſſunt pmoueri qr cū iudiciū ai nō habeāt affectare n pñt vt ab alijs abſcidāt. et i cāonibus aplorū legit q ſi q̄s p inſidias enuch9 factus ſit vel ita natus vel in pſecutiōe ei virilia āputata ſūt. ſi alias dign9 ē pōt fieri eps. ‖ Nō q nō pōt pmoueri q̄ ſe abſcidit. ‖ Item qui nolens vel ignorant abſcidit pmoueri poteſt.

Significauit. Ca. q̄daz pbr credēs ſe obſequiū preſtare deo fecit ſibi āputari virilia. dicit q ſi dign9 ē alias diſpēſari pōt vt i officio ſacerdotis pt officiū miſſe miſtret. ‖ Nō qui ſe abſcidit pmoueri non poteſt.

Ex parte. Caſus. quidaz pbr ſentiens ſibi lepre periculum imminere fecit ſibi precidi virilia. Queritur an poſſit in officio ſuo miniſtrare. rñdz. papa

ꝙ ſi ita eſt et alias idoneus eſt exe quendi officium ſuum liberam ha= beant poteſtatē· ‖ Nota ꝙ ſi aliqſ abſciderit ſeipm̄ iuſta de cā · nō ef ficit̄ irregularis· nec eius ꝓmotio vel offitium impeditur·

¶ **Expoſuiſti·** Caſus· quidaʒ ꝓ motus fuit in ab batez qui carebat altera manu· cō ſultus pa· rn̄ ꝙ cum ipſe pro tanto defectu non poſſit ad ſacros ordi= nes promoueri· et ſi ip̄e h° tacuēit in ſua ꝓmotiōe ab officio abbatie debet perpetuo remoueri· ‖ Nō ꝙ abbas ad ſacros ordies promo ueri debet·

¶ **Thomas·** Caſ9· Thomas mo nachus dum eſſet ī annis puerilibus conſtitutus· que dam barra ferrea caſu fortuitu ce= cidit ſup pollicem dextre man9 ip ſius· ita ꝙ vngulam auulſit ab eo· dubitabatur vtrum poſſit ad ſacē dotium promoueri· rn̄· pa· ꝙ ſi po= tens eſt in ipſo pollice ad frangē= dum eukariſtiam et aliud canōicuʒ non obſiſtat ꝓpter talem defor mi tatem non debet ipediri quomin9 poſſit ad ſacerdotiū ꝓmoueri· ‖ Nota ꝙ parua deformitas non im pedit ꝓmotionem·

¶ De bigamis nō ordinādis·

Et bigami· Ca· bi= gami et ſollenniter penitentes et maritati repudiataꝝ ad ſacēdocium ꝓmoueri non poſſunt vt hic dicit̄· ‖ Nota ꝙ bigami et ſollennis pnīa ipediūt ꝓmotionē·

¶ **Super eo·** Caſus· Quidam bi gami ꝓmoti fuerūt ad ſacros ordines· querebat̄ an de bent in ſuis ordinibus miniſtrare· Rn̄det pa· ꝙ ordinatores eoꝝ p̄= uandi ſunt poteſtate ordinandi et ordinati ad ſacros ordines non de bent in ipſis ordinibus remanē q2 contra apl'm cum bigamis diſpen ſare non licet· tn̄ cū ordinatoribus diſpenſari poteſt· ut poteſtate or= dinandi non priuentur· ‖ Nota ꝙ ep̄s cū bigamis diſpenſare n̄ pōt·

¶ **De bigamis·** Ca· de pb̄ris bigamis et vi= duaꝝ maritis idem iuris eſt quan tum ad promotionem· quia contra apl'm ordinari non debent ‖ Nota ꝙ bigamus eſt ipſo iure ſuſpenſ9 a diuinis officijs·

¶ **Nuper·** Caſus· Quidam dum erant ī laicali ordine conſtituti cōtraxerunt matrimoni um· poſtmodū mortuis uxorib9 fa cti ſunt clerici ꝓmoti ſūt ad ſacros ordines· demū ꝯtraxerūt ſecunda mrimonia· querit̄ vtrū cū talib9 clericis qui taliter ꝯtraxerunt poſ ſit diſpēſari vt ī ordibus ſuis rema neāt vel ad ſupiores poſſint ꝓmo ueri· et p̄mo oñdit ꝙ tl'es bigāi ſint iudicandi in matrimonijs em̄ ꝯtra hendis non attēditur iuris effect9 ſed animi deſtiatō· vnde qui duas habet ſimul vxores infamia notat̄ ꝙ ptim ad factum conuenit retor= queri· ſicut legit̄ de pb̄ro qui con traxit matrimonium q̇ ꝓpter hoc n̄ legalibus nuptijs dicit̄ deteri· q8 ad factum refertur non ad ius ead ratione tales de q̇b9 eſt queſitum debent inter bigamos reputari· Jn contrarium videtur ꝙ non ſint bigami reputandi cuʒ opinioni ſit veritas p̄ferenda· ſi dicam9 iſtos bigamos ſcd̄m hoc ſequitur ꝙ ille q̇ nullā habuit in vxorem eſſet bi= gā9 rputād9 vt ſi q̇s d fcō ꝯtbēt cū diuerſis cū q̇bus d iure n̄ poſſet

contrahere. R̄z n̄. papa q̄ cū hui9
modi clericis tanquam cū bigamiſ
diſpenſari non poteſt licet in veri-
tate bigami non exiſtant nō ꝓpter
ſacramenti defectum. ſed ꝓpter af
fectum intentionis cum ope ſubſe
cuto qꝛ quātuz in ipſis fuerit ſecū
da matrimonia cōtraxerunt. ¶ No
ta q̄ infamis dicitur qui ſimul hꝫ
duas vxores. ¶ Item nota q̄ opi
niōi veritas preferſ. ¶ Itē repu
tatur bigamus quia bigamus non
eſt quo ad promotionem. ¶ Item
volūtas ſine effectu punitur. quia
proceſſit ad effectum.

¶ **Debitum.** Mulier aliqua con
traxit matrimoniū
cum aliquo et ab eo fuit traducta
tandem ea incognita mortuus eſt
quidā alius contraxit cum illa que
poſtmodū mortua eſt queſitū fuit
an vir iſte poſſit ad ſacerdotiū ꝓ
moueri. et videbatur q̄ nō qꝛ fuit
maritus vidue et tales ꝓmoueri n̄
poſſunt. rn̄. pa. q̄ duo ſunt in cōiu
gio carnali copula conſumato. ſci-
licet conſenſus aīorum et cōmixtio
corpoꝝ cōiunctio aīoꝝ ſignificat
caritatem que conſiſtit in ſpiritu ī
ter deum et iuſtam aīam. Vnde di
cit apl's. qui adheret deo vn9 ſpē
eſt cum illo. cōmixtio corpum ſig-
nificat conformitatē diuine et hu
mane nature que conſiſtit in carne
inter criſtuz et eccleſiam. Vnde di
cit euange. verbum caro factum ē
ſꝫ illud coniugiū quod n̄ eſt carna-
li copula cōſumatum non pertinet
ad illud coniugiuz deſignandū q̄d
inter matrimonium et eccleſiaz eſt
contractū per incarnationis mini
ſterium. ſecunduz quod apl's expo
nens verba illa primi pētis. hoc
nunc os ex oſſibus meis et caro de
carne mea. et ſtatim ſubiunxit. hoc
aūt dico magnum ſacramentum in
criſto et eccleſia. His premiſſis
dicit pa. q̄ propter ſacramenti de
fectum inhibitum eſt ne bigamus
aut vidue maritus poſſit ad ſacros
ordines promoueri. quia illa nec
eſt vna vnius nec iſte eſt vnus vni
us. ſic ergo patet q̄ inter cōiuges
deficit cōmixtio corpum. ibi nō de
eſt ſignaculum hui9 ſacramēti. vn
de ſoluo tibi queſtionem ꝓpoſitaꝫ
ille qui mulierem ab alio viro du-
ctam. ſed non cognitam duxit vxo
rem ꝓpter hoc impedire non debꝫ
quin poſſit ad ſacramentuz promo
ueri. qꝛ nec ille nec illa diuiſit car-
nem ſuam in plures. ¶ Nota q̄ de-
fect9 ſacramenti eſt cā quare biga
m9 vel maritus vidue corrupte ad
ſacros ordines non poſſit promo-
ueri. et ita non crimen ſed irregu-
laritas hoc facit.

¶ **Quia circa.** Caſus. pbri hn̄t
plures concubi-
nas. queritur vtruz bigami ſint cē
ſendi. R̄z n̄. q̄ ꝓpter hoc non incur
runt irregularitatem bigaīe. Vn̄
cū talibus tanq̄ cū fornicarijs po
terit ep̄s diſpenſare vt ſuum offici
um exeq̄nt. ¶ Nota q̄ plures ha-
bens concubinas irregularitateꝫ n̄
incurrit. ¶ Itē nō mirabile q̄ cuꝫ
eo q̄ peccat diſpēſat et cuꝫ illo qui
non peccat nō diſpenſat.

¶ **A nobis.** C. q̄daꝫ ſubdiacō9
q̄ndā viduā d̄ facto
duxit ī vxorem. qꝛ de iure n̄ potuit
querit̄ vtrum bigam9 reputet̄ q̄
ad legem ꝓmotiōis. rn̄. pa. q̄ ī ve
ritate nō ē bigam9 nec marit9 vi-
due. cū īter ipos n̄ fuerit matrimo
niū. verūtn̄ cū eo tāq̄ cū marito vi
due nō poterit diſpenſari. nō ꝓptē
ſacrī d̄fectū ſꝫ ꝓpt̄ affectū itētionis
cū ope ſubſecuto. Ex hac dec. nō
q̄ bigam9 ꝛputat̄ q̄ ad ꝓmotionē
qui bigamus non eſt. ¶ Iteꝫ nota

ꝙ voluntas ſine effectu puniť. q2
proceſſit ad actum

De clericis pegrinis.

TVanos. Caſus. clerici quandoqȝ ſe transferūt ad remotas ptes et dicunt ſe
ordinatos nec oſtendunt litteras
eoꝝ a quibus ſe ordinatos dicūt.
queriť qd de talibus ſit agendum
rn̄det papa. ꝙ tuti9 eſt in his ſta
tuta patrum ſequi q̄ꝫ nouum aliud
ſtatuať. De tranſmarinis ſtatutū
eſt vt ad min9. v. ep̄oꝝ teſtimōio
ſup ordinatiōe ſua muniant q8 de
alijs incognitis ſil'r eſt ſeruandum
ita vt aliquanto tp̄e habeant ī ſu
ſpenſo in quo de ipſoꝝ actib9 in
ſtruantur illi cum quibus moranť
et inquirendum eſt etiam de infe
rioribus ordinib9 quia poſſit eſſe
ꝙ aliquid pretermiſiſſent. His cō
ſideratis poterunt admitti ad diui
na ſi alias digni iuēti fuerūt. Nō ꝙ
non ſtatim credendū eſt alicui ſup
ordinatione ſua. // Item nota ꝙ i
quirenduz eſt de conuerſatione ali
cuius ab illis cum q̄b9 moratur.

Inter quatuor.

Caſus. clerici aliquādo
tranſferť ſe ad ptes ꝯſtantinopo
litanas accedunt ad p̄riarchā ſine
litteris ſuoꝝ ordinatoꝝ tn̄ offe
runt iuramentum ꝙ ſunt in certis
ordinibus conſtituti et petunt ad
ſupiores ordines promoueri. que
ritur quid iuris ſit. reſpondet ꝙ n̄
primo cōſtiterit patriarche p ido
nea argumenta de ipſoꝝ ordina
tione canonica non debet illos ſu
ſcipe in illis ordinibus nec ad ſu
piores pmouere anteq̄ꝫ eoꝝ con
uerſatio fuerit approbata. // Nota ꝙ
iuramentum ignoti non admittiť
ſuper ſua ordinatione. ſʒ hoc ideo
ne illi quibus celebrāt decipiant.

Tue fraternitati

C. clerici aliquādo
accedunt ad ptes hieroſol. ſine cō
mendaticijs litteris ſuoꝝ ep̄orum
queſiuit patriarcha an pmitte de
beat illos celebrare diuina. R. n̄dʒ
pa. q8 niſi conſtiterit ei ſiue p lr̄as
ſiue p teſtes de canōica ordinatiōe
ipſoꝝ qui ignoti ſunt nō pmittat
illos ſuis plebibus celebrare. ſed
ſi ſecreto voluerīt celebrare pmit
tant. // Nota ꝙ alicui licʒ in ſecre
to q8 non licet in publico et hoc ē
ne decipiatur populus.

Te nobis.

Caſus. quidam p̄lati eccleſiarum de
iuriſdictione ep̄i regimi ſine ꝯſcien
cia ip̄i9 ep̄i clericos de alienis ep̄i
ſcobatibus inſtituebāt in eccleſijs
ſibi cōmiſſis. q̄ſiuit ep̄s a pa. q̄d iu
ris eſſʒ de illis clericis. R. n̄. papa
ꝙ illud eis nō liceat cū ſit contrari
um hōeſtati et contra inſtitutiōes
ſanctoꝝ patrū. et iō pōt inde eos
remouere niſi ex diſpenſatione eos
duxerit dimittendos. Nota cleri
cos inſtituēdos ī ecclijs 8 eo8 loco
vel de ea8 dioc̄. et nō extrāeos.

De officio archidiaconi.

AT archidiaconus.

Ca. 8r h ꝙ archid. ē vi
cari9 ep̄i ī oīb9 q̄ ad eius
ptinēt ſimiliť et cāe clericoꝝ et in
vrbe et extͣ vrbē ad ip̄ʒ ptinēt co
uſatio eoꝝ et honor et r̄ſtaurō ec
cleſiaꝝ et doctrīa eccīaſticoruʒ et
correctio exceſſuū. It̄ 8 tennio ī trie
nium cū ep̄s fuerit ipeditus debʒ
totā viſitare dioceſim et ad uicem
ſui ep̄i corrigere corrigenda.

Nota q archid·est vicarius epi·et poteſt corrigere· Vnde infert q habet coertionez quod verum eſt de conſuetudine preſcripta·

Officium· Dicitur hic q ad officium archid· pertinet legere euangelium quod voluerit vel precipe alicui diacono q legat·et qn epiſcopus debz miſ ſaz celebrare precipe debet ſacerdotibus vt induant ſe veſtibus ſacris vt epo miniſtrent· Item in matrici eccleſia nullus debet legē rñſoriū ante eplam aut lectionē añ rñſoriū cantare·donec prio ab ipſo auſcultetur·debet etiam ordinare accolitos q ſeoz debeat deferē candelabruz et q ſt thuribulū· Nō q ad offm archid·ptiet euāgeliū legē et ad officia eccie ordinare·et illos q legere vel cantare debent in matrici eccleſia auſcultare·

Ea que· Caſus·archid· ſalermitanus habuit cuſtodiam vaſoz et alioz ornamētoz eccleſie archiepſ ſalermitan9 ſignificauit domino pa·q archid·negligens erat circa predicta cuſtodienda·Sup hoc ſcribit pa·archidia·dicēs q diſtricte inquiret ab ipſo de vaſis eccleſie que illic collecta ſunt·qualit cuſtodiunt ſi aliquid ex neglientia vel fraude ipi9 perierit ipſe in hoc punieť·et tenebitur ad reſtitutionez ipſoz cū ipſe ad hoc ex officio teneatur· Nota in prelato neglientiā et fraudem compari·

Cum ſatis· Ca·archid·elie·ſine licentia epi ſui cōmittebat curam animaz dicens hoc ex conſuetudine ſibi licere·epſ conqueſtus fuit pape de hoc dicit pa·q obtentu alicuius conſuetudinis non debet facere contra inſtitutiones ſanctoz patrum·Vnd p cipit et q nulli cōmittat curaz animarum ſine licentia et mandato ſui epi· Nota q ad epiſcopum ptinet cōmittere curam animaz non obſtāte conſuetudine que preſcripta non ſit·

Archidiacōis Archid·d iure cōi non poſſunt in aliquos ſentētiam promulgare niſi auctoritate epiſcopoz ſec9 tñ eſt de conſuetudine· Nota q archid·de iure cōi non poſſunt excōicare niſi auctoritate epiſcopoz·

Mandamus· Ca·dicit hic q ſemel tantuz in anno debet archid·viſitare niſi neceſſitas exigat q pluries viſitet· Nota q archid·non hz pluries in anno viſitare ñ ex cā rōnabili·

Ad hoc· Caſus·queſitum fuit a pa·quid pertieat ad officium archid·et in quibus p ipſum cura epalis ſollititudinis releuetur·Rñ·pa·ſcdz ſtatuta iſydori ipat ſ bdiacōib9 et leuitis ſollicitudo prochiaz et ordiatio earūdē ptinet ad ipſuz audire debet iurgia ſingulo z archipbri rurales qui d cam vocanť ſubiacere debent eidē Item ſecundum conſtitutionez romani ordinis maior p9 epm et ei9 vicarius repitur· Item in epla beati clementis pape oculus epi noiať et loco ipi9 p epm corrigit corrigenda et emendanda emēdat niſi adeo ardua fuerint negocia q abſq maioris ſui preſentia nequeant terminari· Item in quadam conſtitutione innoceñ·contineť q ad ipſuz pertinet inſtitutio corporalis tam in beneficijs q in dignitatibus et examinatio clericoz q ad ordines promouentur ad ipſum ptinet et ipſe debet eos epiſcopo pſentare· Queſitum fuit inſuper vtrum decani rurales qui pro

tpe inſtituuntur debeant ad māda
tum epi vel archidia· vel etiam vt̄
uſqꝫ inſtitui vel deſtitui ſi fuerint
ammouendi· Ad hoc rn̄det pa· qꝫ
omnes tangit ab omnibus debet
aꝓbari· et ipſi decani cōe officiuꝫ
vtriuſqꝫ exercent· ⁊ ideo cōiter eli
gendi ſunt vel etiam ammouendi·
¶ Nota in quibus de iure cōi con
ſiſtit officium archidia· ¶ Iteꝫ no
ta ꝙ imperat ſubdiaconibus et le
uitis· ¶ Item ſolicitudo et ordina
tio prochiaꝝ ptinet ad ipſum· ¶
Item audire debet cauſas ſingulo
rum· ¶ Iteꝫ decani rurales ſubſūt
ei· ¶ Item maior eſt poſt epm et
eius vicari9· ¶ Item dicit̄ oculus
epiſcopi et loco ipſius corrigit ex
ceſſus ſubditoꝝ· ¶ Iteꝫ inſtitutio
corpalis in beneficijs et dignita
tibus ad ipm ptinet· ¶ Iteꝫ exami
natio clericoꝝ qui ad ordines ꝓ
mouentur ad ipꝫ pertinet et eos d
bet epiſcopo preſentare· ¶ Item
nota ꝙ omnes tangit· ab omnib9
aꝓbari debet·

Significaſti· Ca· archidia· ſine conſciētia epi ſui ⁊ auctoritate litteras ſuas
ꝓmouendis non concedat et ordi
nandi p litteras archid· ꝓmoueri
non debent· quod ſi fecerint epi
ſcopus interdicat eis executioneꝫ
ordinum taliter ſuſceptoꝝ· ¶ Nō
ꝙ archid· non poteſt dare litteraſ
cōmendatitias ꝓmouendas·

Vt matrimonium· Caſus· d iure com
muni ad archid· ptinet repſentaē
ordinādos epo et illos examinare
ponere abbates et abbatiſſas in ſe
de· ¶ Nota de iure cōi preſentatio
ordinandoꝝ et eoꝝ examinatio·
et abbatum et abbatiſſarum inſtal
latio ptinet ad archidiaconum·

Dilecto filio· Caſ9· archid· ſenon̄· conque
rebatur ꝙ abbas et conuentus mo
naſterij ſancti petri ſenon̄· conque
rebatur ſibi exhiberi annuam ꝓcu
rationem et alia quedā ratione ſui
archidiaconatus ad ipſum ſpectan
tia· cā ad ipius archid· petitionem
cōmiſſa fuit abbati ſancti criſpini
et quibuſdam alijs coram quibus
petijt idē archid· vt abbas et mo
nachi ſibi obedirent in hijs q̄ per
tinent ad iuriſdictionem· correctio
nem et viſitationem ſpectantes ad
ius archid· cum monaſterium ipſū
ſit ſitū infra terminos ſui archidia
conatus videlicet vt coram ſe re
ſpondēnt conquerentibus de ipis
et citati venirent ad pn̄tiam ſuā· et
eius mandata honeſta audituri ſal
ua regula ſua et abbatis ſui diſci
plina· petijt inſup ne de cetero face
rēt aliq̄s d ſenon̄· balliua eo p̄miſ
ſo corā officiali archiepi ſeon̄· ꝯue
ri dicēs ꝙ pmo ꝯueiri dn̄t ſub ipo
ꝙ corā officiali archiepi exceptis
ſpēalib9 cāis ipi9 archiepiſcopi
et hominū et familie ſue· lite vero
ſup p̄dictis ꝯteſt· iudices de ꝯſēſu
vtriuſqꝫ ptis remiſerūt cāꝫ ad ſe·
ap· Sed qꝛ pa· neſciebat conſuetu
dinem qua vtit̄ archid· ſenon̄· in
alijs abbatijs ſenon̄· ordinis p̄fati
monaſterij nō poterit ꝓferre ſn̄iaꝫ
ꝯmiſit cāꝫ iudicib9 pn̄tib9 mādāſ
eiſd q̄tin9 ſup his veritatē inq̄rāt
p canōicos ſenon̄· q̄ de hmōi ꝯſue
tudine dn̄t habē noticiam pleiorē
et ſi ꝯſtiterit eis p̄dictū archid· vl
ei9 añceſſores de ꝯſuetudine paci
fica ſic obtēta iuriſdictionem aliq̄
i ipſo mōſterio vl i hmōi abbatijſ
hacte9 habuiſſe p̄fatū mōſterium
abſoluāt ab ipetitiōe archid· ſibi
ſup h ppetuū ſilētiū iponēdo· Si
vero p eoſd canonicos cōſtitēit d

p̃miſſis eandem iuriſdictionem ad
iudicant archidia· in mõaſterio vł
in alijs abbatijs cſtiterit habuiſſe
ſup alijs ſilentium imponentes eiſ
· ¶ Nota q̃ iuriſdictio archidia· ex
conſuetudine in multiſ conſiſtit vt
hic patet· de iuri cõi cſiſtit in hijſ
que dicuntur· s·e· ad hoc et·c· vt
noſtrum· ¶ Item veritas ſemp eſt
inquirenda p illos de quibus ma=
gis veriſile eſt q̃ eaz debeant ſcire
¶ Item recurrendum eſt ad cõſue
tudinem aliaꝝ eccleſiaꝝ· ¶ Itẽ cõ
ſuetudo dz obſeruari in vna eccia
q̃ obſuat in alijs eiuſd ordinis ·

De officio archipbri·

SI archipbri· Caſ9 dicit̃ hic q̃ archipbr debz ſub eſſe archidia· et ei ſicut e piſcopo obedire et alioꝝ pborũ curam agere debet et in abſentia e piſcopi miſſam curare debet aut il le cui ipe miunxerit· ¶ Nota q̃ ar= chipbr ſubeſt archidia · ¶ Itẽ cu ram alioꝝ pboꝝ agere debet· Item vice epi miſſam celebrat ·

¶ Miſteriũ· Ca· dicit̃ hic q̃ ar= chipbr debz habẽ curam et ſolicitudinem de omnib9 ſacerdotibus vt epi ſui mandatis obediant· in abſentia aũt epi debz omnia officia epi ſupplere exceptis his q̃ ei ſũt phibita· Nõ miniſtroſ eccie ſibi adiuicẽ ſuffragari debẽ ·

¶ Officium· Caſ9· in hoc· c· po nuntur multa que ſpectant ad officiũ archipbri q̃ ex preſſe patent in litteris· ¶ Nõ ex hoc·c· multa que pertinent ad off cium archipbri·

¶ Vt ſingule· Caſus· hoc· c· lo quitur de rurali bus archipbris· et diuidit̃ in duaſ ptes· Primo dicit̃ q̃ ſingule ple= bes habeant ſingulos archipbroſ qui non ſolum laicos corrigant· ſz etiam cappellanos ſub ipſis cſti= tutos· ¶ Scd̃o dicit̃ q̃ non putet eps non egere plebez archipbro q̃ſi ipe ſolus ſit ad omnia ſufficiẽs quia ſi valde ydoneus ſit· decz tñ vt ſua onera ptiat̃· et ſicut matrici eccleſie preeſt eps ita plebibus ar chipbr· vt eccleſia in nullo titubãſ videat̃· cũcta tñ epo referre debet et nihil contra eius preceptum or dinare preſumat· ¶ Nota q̃ ſolus epiſcop9 ẽ ordĩarius in ſua dioc̃ · ¶ Item onera et officia eccleſiaſti ca ſunt parcienda·

De officio primicerij·

ET primiceri9· C· ib° c· dicitur q̃ primicerius ſubeſt archidia· pertĩet tamẽ ad eius curam preeſſe diacõi bus et alijs minorib9· et debet daẽ lectoribus lectiones et cantoribuſ reſponſoria ita q̃ omnes inſtruere debet et caſtigare· ¶ Nota ex hoc c· multa que pertinent ad officiuz primicerij ·

De officio ſacriſte·

VT ſciat· Caſus · dicit̃ ĩ hoc· c · q̃ ſa criſta ſubeſt archidia· et cuſtodia vaſorum et ve= ſtimentoꝝ ſpectat ad ipſum· et cu ra tocius theſauri· et luminaria· et incenſum· ¶ Nota ex hoc· c· multa que ptinent ad officium ſacriſte·

De officio cuſtodis.

Cuſtos. Caſus. dicitur in ƀ c. q cuſtos eccleſie debz obedire archid. et ad eiꝰ mandatū canonicas horas pulſarē et ornamenta altaris et cuncta utēſilia eccleſie cuſtodire. et circa lampades et lanternas in accendendo et extinguendo puigil eſſe debet. ne nimis ardendo oleum depereat nec minus incendendo obſcurior fiat eccleſia. Si aūt cuſtos circa hoc negligēs fuerit p archidia. corrigi debz. Nota q diſcretio ē mat omnium virtutum. Item ineptꝰ miniſter ab eccia eici debet.

Cuſtos. Caſꝰ. primo dicit q cuſtos debet eſſe ſollicitus de ornamentis eccleſie luminarijs et incenſo. et de pane et vino ad ſacrificium et de pulſatione campanarum et de elemoſinis decimis et oblationibus colligendis et cum conſenſu archid. diuidendis. Secūdo dicitur q in hijs tribꝰ conſiſtit ſancta mat eccleſia. archidiacono. archipbro et cuſtode idcirco debent eſſe boni et cōcordes. Nota ex hac dec. multa que pertinent ad officiuz cuſtodis. Itē nota q eccleſia cōſiſtit in tribꝰ columnis ſcz archidia. archipbro et cuſtode.

De officio vicarij.

Ad audienciā. Caſus. quid pbr vuil. noīe moleſtabat mōachos de rameſia petēdo ab eis vicariā eccie debur. a q̄ receſſerat. xx. āni elapſis et i diuſis eccleſijs pſonatꝰ poſtea fuerat adeptus. conqueſti ſunt monachi domino pa. Rx. ndet papa. non eſt canonicum vt qui curaz habet aiaꝝ in diuerſis eccleſijs vicarius fiat in alienis. Vnde mandat papa q̄tinꝰ ſi eſt ita predictus pbr cōpellatur deſiſtere a petitiōe vicarie pdicte. Nota q qui recipit curam aiaꝝ in alia eccleſia vicarie renunciare intelligitur. ar. colligit hic. quod ſi non recepiſſet curam in alijs eccleſijs q adhuc poſſet petē vicariaz q̄muis. xx. anni elapſi eſſent.

Prouideas. Caſus. precipit papa q nullus habeat plures vicarias quia vicarij tenētur deſeruire eccleſijs et pſonis eccleſiarum. et ideo alienum eſt ab ordine iuris vt aliquiſ hēat vicariam preter vnam. Nota q ſicut nullus poteſt habere plures eccleſias. ita nec plures vicarias. vtrumqz eīn contra ius eſt.

Ad hoc. Caſꝰ. prelatus eccle de auctoritate et aſſēſu epi īſtituit vicariuz in eccleſia ſua et eidem inſtituit certā portionez. deceſſit prelatꝰ iſte alter ſubſtitutus eſt illi. querit vtrum poſſit illum vicariū remouere vel portionez aſſignataz diminuere. et reſpondet. q neutruz facere poteſt niſi aliquid cōmittat ꝓpter quod p iudicez ſit in vicaria vel bñficio condemnandus. Nota q vicariꝰ perpetuꝰ equipatur prelato vt eo viuente non poſſit a vicaria expelli. licet titulum non habeat niſi ꝓpter culpam ſuam ſicut nec p̄latus.

Clericus. Caſus. prelati eccleſiaꝝ i quibꝰ habent curam animarum vel aliā dignitatez in ꝓpria pſona debēt deſeruire eccleſie et non debent ſub⸗

ſtituere ſibi vicarios in vicarijs ec cleſiaꝝ quas eccleſias ſunt adepti. ‖ Aliter pom ꝯſueuit. aliquis adeptus eſt vicariam in aliqua eccia vicarius iſte ñ poteſt aliũ vicariũ ſibi ſubſtituere in vicaria ſua. ‖ Nota ꝙ vicarius non poteſt vicarium ſibi ſubſtituere.

Sua nobis Caſus. clerici cuiuſdã plebis epiſcopi vulterani iurauerũt ſibi eligere prelatũ ad voluntatem laicorum. et ſic elegerũt ſibi prelatuz. et electionẽ ſuam epiſcopo pͤſentauerunt. epiſcop9 caſſauit illã electionem. et excõmunicauit laicos illos qui clericos compulerant. et ipſos etiã clericos pro iſto ⁊ alijs exceſſibus excõmunicauit. et impetrauit literas ad archiepiſcopum piſanuz et ſuos coniudices vt eos tanꝙ excõmunicatos faceret euitari vſqꝫ ad debitã ſatiſfactionez. poſt hoc pars aduerſa litteras impetrauit ab epo portueñ. vicario dñi pa. ad epm lucanũ ⁊ ſuos ꝯiudices qui auctõte illarum laicos et clericos abſoluerunt excõicantes epm vulteranuz. epus vulteranus ſignificauit hoc totũ dño pape. p̃ us tñ ex abundanti appellauit licet ſctencia illa non teneret. ſup h̓ ſcribit pa. iudicib9 dicẽs. lr̃as vicarij per ſurreptionem obtentas. quia iuriſdictio vicarij quẽ ro. pon. reliquid in vrbe non extẽditur extra vrbem niſi ſpecialiter ſit ꝯceſſuz p̃cipue cum ipe morat̃ in ſua ꝓuincia ſpeciali videlicet inter capuanam ꝓuinciã et piſanã. Vnde mãdat. q̃. quicquid occaſione illaruz lr̃arum factum eſt denunciet̃ irritũ et inane. ‖ Nota ꝙ littere pͣſurreptionem obtente. non ꝯferũt iuriſdictionẽ vt hic patet. ‖ Itez vicarius uel legatus cauſas alteri9 ꝓuincie vel iuridictõnis conmittere non poteſt.

Ex parte. Caſus. vicarij ꝑpetui tenentur facere reſidẽciaz in eccleſijs in quib9 obtinent vicarias. et cuz habeant curam aĩaꝝ debent eſſe in ordine ſacerdotis qd ſi facere noluerint conpelli debent per ſubtractiõez ꝓuẽtuum ipſaruz vicariarum. ‖ Nõ ꝙ perpetuus vicarius debet eſſe ſacerdos et in vicaria reſidere.

De officio ⁊ poteſtate iudicis delegati.

Quia queſitum. Quidã ipetraquit lr̃as contra aduerſarios ſuos. et cum ipi eos faciũt ad iudicium vocari. poteſtates et alij potentes minis et terroribus cõpellunt cõquerentes ſilere. et ſic mandatum domini pa. eluditur. querebat̃ quid iudex facẽ debeat. R̷ñ. papa. ꝙ ſicut agentes et conſententes pari pena puniri debent. ſic eodẽ modo tam illi qui trahũt̃ in cauſam quã principales fautores eoꝝ ſi iuſticiam impediunt p cenſuram eccleſiaſticã ſunt cohercẽdi ‖ Nota ꝙ iuriſdictio iudicis extendit̃ ad omnes illos qui iuriſdictionem illius impediunt licꝫ de illis ĩ litteris nõ fiat mentio.

Sane. Caſus. aliquis impetrauit litteras ſup aliqua cauſa contra aduerſariuz ſuũ ad aliquos iudices. ille aduerſari9 alias litteras impetrauit ad eoſdẽ iudices in alia forma dubitabant iudices quid facẽ deberẽt. R̷ ñdꝫ. pa. ꝙ iudices ſupſedẽ debẽt executiõi

vtrarumqꝫ litteraruꝫ donec roma=
num pontificem conſulant·ne ꝓpt
varietates litterarum cā valeat re
tardari // Nota ꝙ ignorantia iudi
cum circa formaꝫ diuerſarum litte
rarū facit executionem iuriſdictio
nis ſuſpendi quouſqꝫ conſolat̄ ſu=
perior ſup hoc· // Itē nota ꝙ ꝓ va
rietate litteraꝝ fines cauſaꝝ non
debent impediri·

Si pro debilitate· C· aliqs eſt dele=
gatus a papa·ſup aliq̄ cā· Iudex i=
peditus non poterat in cauſa ꝓce
dere querebatur vtrum poſſit alij
committere vices ſuas·Rn̄det pa
pa ꝙ ſi ꝓ debilitate vel alia iuſta
cauſa impeditus fuit bene poteſt
vices ſuas cōmittē pſonis idoneis
et diſcretis ita ꝙ ſi cā eſſꝫ dubia iu
dicem ipſum conſulant· et ſi forte
cauſa eſſet ita grauis ꝙ ſine ipſius
preſentia terminari non poſſꝫ tūc
non cōmittat· // Nota ꝙ delegatꝰ
pa·poteſt cōmittē alij cauſam ſibi
cōmiſſam iuſta de cā impeditus·
Iteꝫ nota ꝙ delegatꝰ graues cās
cōmittere non debet·

De cauſis· Caſus· aliqua cau
ſa commiſſa fuit d
cidenda infra certuꝫ tempus puta
infra duos menſes· querebat̄ vtꝝ
iudex t'mio ſibi prefixo elapſo poſ
ſet vlterius de cā illa ſe intromit=
tere ſi infra tps prefixum non fuit
terminata·rn̄dꝫ pa·ꝙ niſi dies ab
aplico prefixus de cōi conſenſu p=
tium infra tempus ſtatutum in lit
teris fuerit prorogatus· eo tranſ
acto mandatum aplicuꝫ expirauit
// Secundo querebatur·ecce iudx
delegatus citat ptes vt veniāt ad
pn̄tiam ſuaꝫ·nolunt venire vel ſta
re iudicio ſuo· queritur q̄liter pu=
niri debeant·rn̄det papa· ſi tale ne
gocium fuerit ꝙ certa pena in ca=
nonibus exp̄matur· illam imponat
alioquin puniat eos ſecundum ar=
bitrium ſuum conſiderata q̄litate d
licti et etiā cāe· // Nota ꝙ iuriſdi=
ctio delegati poteſt ad maius tps
de conſēſu ptium ꝓrogari· // Itē
delegatus penam ſtatutaꝫ in iure
imponere poteſt et non aliam· //
Item ſi nulla pena ſtatuta eſt ſup
negotio de q̄ iudx cognoſcit penā
contumatibus imponat ſecundum
arbitirum ſuum·

Preterea· Alicui delegato cā
cōmiſſa fuit ſimpli
citer ſub hac forma cauſam q̄ ver=
titur īter tales tibi committimus
terminandaꝫ quod iuſtū fuerit exe
quaris·iudex iſte quia in reſcripto
non cōtinebat̄ ꝙ poſſet punire cō
tumacē vel ꝙ poſſet citare partes
queſiuit vtrum poſſet contumacē
cogere vt veniat aut poſſit euꝫ pu
nire ſi non veniat·Rn̄det papa·ꝙ
poſtquam cā iudici eſt cōmiſſa·licꝫ
bene ſimpliciter poteſt partes cō
pellere vt veniant· et punire cōtu
maces eccleſiaſtica ſeueritate q̄uis
in litteris non contineat̄·aut ptes
mandatum non habeant vt ad inui
cem accedant· quia ex quo cā ſibi
cōmittitur ſup omnibus q̄ ad cāꝫ
pertinent plenariam recipit pote
ſtatem· // Nota ꝙ delegatus pōt
punire contumaces· // Iteꝫ exquo
cauſa cōmittitur alicui omnia com
miſſa intelliguntur ſine quibus cā
cōpetere non poteſt et ſic extēdit̄
iuriſdictio ad omnia acceſſoria·

Quamuis· Caſus· cā cōmiſſa
fuit ſb hac forma
cauſaꝫ que inter tales vertitur vo
bis cōmittimus terminandaꝫ·facia
tis ꝙ dec·rc̄·nulla alia clauſula ad
iecta que aliquando adijcit̄ hec ſcꝫ
ꝙ ſi ambo non poteritis rc̄·crede=
batur ſiue dubitabat̄ vt ſi alter nō

poſſet intereſſe· vtrum poſſet com
mittere vices ſuas· R̄ñ·pa· ſi duo
bus cā cōmittit̄ licʒ in litteris non
apponatur ſi ambo intereſſe nō po
teritis alteri nihilomin9 exequat̄·
bene poteſt alter cōmittere vices
ſuas ſiue coniudici ſuo ſiue alij·
Nota q̄ iudex delegatus ſemꝑ cō
mittere vices ſuas poteſt q̄liſcūqꝫ
forma ſit niſi ei ꝓhibeat̄·

Significaſti· Caſus· dubita
bat iudex iſte
an delegatus poteſt ſentēciaʒ ſuā
mādare executioni ſi ordinari9 ad
mandatum ſuum eam exequi nollet
aut non poſſet· rñdet papa conſul
tus ſiue iudex ordinarius ad māda
tum delegati a papa non vult aut
non poteſt alijs reſiſtentibus ſen-
tentiaʒ a delegato lataʒ executiōi
mandare· delegat9 nihilomin9 ſē
tentiam ab eo latā poteſt executio
ni mandare et punire reſiſtentes·
Nota q̄ ex iſta de cˀ· videt̄ innui q̄
executio ſentēcie ſpectet prīo loco
ad ordinarium· Item nota q̄ de
legatus pape poteſt punire oīs
impedientes officium ſuum tam in
cognoſcēdo q̄m in exequēdo et ſuā
ſententiam poteſt exequi et man-
dare alij vt eam exequatur·

Si quando· Caſus· Aliquis
cleric9 impetra-
uit litteras ad aliquem delegatuʒ
contra prelatuʒ eccleſie ſuꝑ ipa ec
cleſia· prelatus corā iudice tract9
eſt in cām· tandem ꝑ cōpoſitioneʒ
vel alio modo clericus ille eccleſiā
obtinuit coram illo iudice· et certū
eſt q̄ clericus nec canonicam inſti
tutionem nec poſſeſſionem in ipſa
eccleſia habuit corꝑalem· delega-
tus mandat alicui vt illum clericū
mittat in poſſeſſioneʒ ipſius ecc̄ie
queritur vtrūʒ eṗs debeat reſiſtē
mādato h9modi delegati· rñ· pa·
q̄ ordinarius non debet violenter
reſiſtere delegato· ſed apud ipſuʒ
debet inſtare vt differat illuʒ mit
tere in poſſeſſionem donec pape ſu
per h̄ negotio veritas innoteſcat·
Nota q̄ ordinari9 nō debet vio
lenter reſiſtere delegato nec impe
dire officium ſuum·

In litteris· Caſus· iudex dele
gatus tulit ſentē
ciam ſuper aliqua cā ſibi commiſſa
querebatur vſqꝫ ad quod tempus
iudex iſte delegatus ſe interponē
poſſet vt ſtetur ſententie ſue R̄ñ·
pa· q̄ ex quo ꝑ ſe vel ꝑ alium ſēten
ciam mandauit executiōi expirat iu
riſdictio illa quia ſemel eſt officio
ſuo functus· Nota q̄ delegatus
pape et ꝑ ſe et ꝑ alium poteſt exe
qui ſententiam ſuam· Item nota
q̄ qui ſemel officio functus eſt dei
ceps non habet iuriſdictionem q̄d
verū eſt cū ſentenciam mādauerit
executioni vel mandari ꝑcepit cū
effectu·

Conſulationibus· Ca· Aliq̄ſ
fuit ſpoli
atus eccl̄ſia ſua ſeu alia poſſeſſiōe
ſine iuditio eccleſie et abſq̄ʒ ratio-
nabili cā acceſſit ad pa· et conque-
ſtus fuit ei q̄ taliter fuerat ſpolia
tus et obtinuit litteraſ ad iudices
ſub hac forma· vt infra certū tp̄s
reſtituatur ſibi poſſeſſio ſi conſti-
terit iudicib9 eū taliter fuiſſe ſpo
liatum· ille qui ipſum ſpoliauit ab
ſens erat antequam aliqua mentio
fieret de litteris illis cā ꝑegrina-
tionis vel cā ſtudiorꝫ vel alia con
ſimili nec infra tempus comprehē
ſum in litteris poterat ſe iudici p̄-
ſentare· querebatur vtrum poſſeſ
ſio debeat illi reſtitui cum pat9 ſit
ſuam poſſeſſionem et ſpoliationeʒ
probare R̄ñ· pa q̄ nec poteſt nec
debet habere reſtitutionem q̄uis

patus ſit probare corā delegato
poſſeſſionem et deiectionem. verū
tamē ſi ille qui poſſidet lite oteſt.
ſe contumaciter abſentaſſet. tūc de
bet ei poſſeſſio ablata rſtitui ſi ꝓ-
bauerint ſe poſſediſſe et ſpoliatum
fuiſſe. ¶ Nota ꝙ ſpoliatus ad hoc
vt reſtituatur duo debꝫ ꝓbare. ſci
licet poſſeſſionem et deiectionem.
¶ Item contra abſentem cā pegrina
tionis uel ſtudij vel alia conſimili
non eſt procedendum diffinitiue.
nec contumax reputatur.

Sane. Ca. Aliqͣs cleric9 vel
laicus cām habet cum
epiſcopo. cā ipſa cōmiſſa fuit ali-
cui iudici delegato contra epiſco-
pum qui delegato n̄ ſubeſt. als q̄
ritur qualiter delegatus epiſcopꝫ
punire debeat ad aliquid faciēduꝫ
vel dandum. cū rebellis fuerit ipi
delegato. Rx n̄ pa. ꝙ iudex delega
t9 ab ipſo vices ipſi9 gerit. et ido
maior et ſupior eſt illis quoꝝ cāꝫ
ſuſcipit terminandā. Vnde ſic epſ
vel alia pſona que non ſit de iuriſ-
dictione ordīaria iudicis delegati
in cā que ſibi a ſede aplica delega-
tur rebellis et cōtumax fuit iudex
delegatus poteſt ipſum epꝫ inter
dicere vel ſuſpendere. ita ꝙ ſecun
dum qualitatem negocij tempate
ꝓcedēs epo interdicat ingreſſuꝫ
eccleſie vel ſacerdotale officiū vel
terram ipſi9 epi interdicto ſuppo
nat. ¶ Nota ꝙ delegat9 vices ge
rit delegantis. ¶ Itē maior ē illis
quorum cāꝫ ſuſcipit terminandaꝫ.
¶ Iteꝫ contra maiores partes ab
initio tpate delegatus ꝓcedē dꝫ.
¶ Item terra poteſt interdici ꝓ-
delicto domini.

Ex parte. R. Caſus. quidaꝫ
clericus. n. no
mine impetrauit litteraſ ad epiſco
pum conuentreñ. vt archidiacona
tum queꝫ in eccīa ipſius primo va
cante contingeret aſſignaret eidē
litteris iſtis preſentatis. quidā ali
us. R. nomine litteras alias ad ebo
raceñ. archiepm̄ ipetrauit ſub hac
forma. vt ſi auunculus eius archi-
diaconatum quem habebat in ēra
conuentreñ. omio dimittere vellet
ipſum aſſignaret eidē nulla de po
ribus litteris habita mentione epi
ſcopus conuentreñ. hoc intellecto
ſignificauit negocium domino pa
per eundem. R. ſuper negotio iſto
ſcribit pa. archiepo et epo predi
ctis dicens. ꝙ ſi memor fuiſſet pro
dicto. n. ſcripſiſſe ꝓ aduēſario ſuo
nullas litteras direxiſſet. Vnd mā
dat eiſdem q̄ti. prefato. R. archi
diaconatum ipſius eccleſie ſi vacet
aſſignet non obſtātib9 litteris po
ſterius impetratis. Nota ꝙ ſi lit
tere ſuper beneficio impetrarent
et preſententur. littere poſterius i
petrate ſup conſimili beneficio i ea
dem eccleſia non facientes de prio
ribus mentionem nō valent.

Ex parte. Caſ9. domin9 pa.
cōmittit cāꝫ aliqͥ
ſub certa forma. querebatur vtꝝ
ille ſequi ita debeat formā ſibi da
tam ꝙ exceptiones legitimas non
admittat. Rx n̄. pa. ꝙ licet delega
tus ſequi debeat formaꝫ ſibi data
tn̄ exceptiones rōnabiles admitte
debet et ſecundum equitatem in cā
procedere niſi exp̄matur in litteriſ
ꝙ nulle debeāt exceptiones admit
ti. quod non credit nec ipſū nec ā
ceſſores ipſius expreſſiſſe. ¶ Nota
qualiſcūqꝫ forma detur delegato
exceptiōes legitimas recipe debꝫ
quia illud non eſt contra formam.
¶ Item iudicijs ſuāda ē equitas.

Quoniam abbas. Caſus. cā
commiſſa
fuit duobus abbatibus. ſcꝫ abbati

leiceſtrie et abbati vinceſtri nō ex
preſſis noībus abbatū cū illa clau
ſula ꝙ ſi ambo in cā procedere nō
poſſent alter ſolus in cā procedēt
mortuo abbate viceſtrie abbas lei
ceſtrie ſolus citauit ꝑtes. tandem
ſubſtitutus fuit abbas abbati pre
mortuo vinceſtrie. abbas leiceſtrie
ſibi adiunxit in cauſe cognitionem
abbatem vinceſtrie de nouo ſubſti
tutum et cum ipſe tulit ſententiaꝫ
quia dubitabaẗ vtrū ſētentia vale
ret ſignificatum fuit hoc pape. et
ipſe eā confirmauit cum fuit recte
lata. ‖ Nota ꝑ hanc dec. ꝙ cā cō=
mittiẗ dignitati non expreſſo noīe
prelati eo mortuo ſucceſſor in eād
cā procedere debet.

Super eo. Caſus. queſtio vē
tiẗ inter aliq̄s ſup
preſētatione ꝑ̄toris in aliq̄ eccle=
ſia cōmittiẗ cā ſup ꝫ alicui ſub hac
forma. vt ſi conſtiterit ius de quo
agiẗ ad alterutram ꝑtem ꝑtinere
ad preſentationem illius iudex or=
dinet eccleſiam ap. re. Primo que
ritur vtrum liceat iudici delegato
ignorāte epō archidiacono vł a
chipbro ad queꝫ ꝑtinet inſtitutio
ꝑ̄ſētatum ſibi clericum in poſſeſſio
nem eccleſie mittere et ſi aliquis il
loꝝ ad quē ꝑtinet inſtitutio appel
lauerit vtꝝ ſit eoꝝ appellatiōib9
deferenduꝫ. pa. conſultus rñ. ꝙ lꝫ
Querebat̃ quid facere deberent
ille mulieres vtrum poſſint cum
illis contrahere· Reſpondet pa
pa ꝙ ſi non fuerit amplius in fa
cto ꝓceſſum liberũ eſt illis muli
eribus cum alijs contrahere re=
cepta penitencia de ꝑiurio · ſi ꝑ
eas ſteterit quominus matrimo=
nium fuerit cum alijs cõſumatũ·
Nota ꝙ ſponſa non tenetur ſe
qui ſponſũ vagabundum nec diu
ipm expectare ſine aliqua pena
dũmodo nõ fuerit in mora·

De muliere Quedã mu
lier ꝑ vim
tradita fuit viro ⁊ detẽta· Que
rebat̃ a papa an inter eos eſſet
matrimonium· Reſpondet papa
Inter vim ⁊ vim eſt differencia
nec conſtat an poſt violenciã cõ
ſenſus interuenerit· ⁊ ideo cer=
tum papa nõ poteſt dare reſpõ
ſum· Nota ꝙ inter vim et vim
eſt differencia· Item certa ⁊ ſi
mita debet eſſe queſtio ⁊ non du
plex ad hoc ꝙ certa dari poſſit
reſponſio·

Ex litis· Quidam vir et
mulier ꝯtraxe=
runt ſponſalia· nec alter intelli=
git quod alter propoſuit ⁊ dice
bant ſe non intellexiſſe· querebã
tur quid deberet obſeruari· rñdꝫ
papa· iudex primo debet videre
vtrum contrahentes ſint idonei
ad hoc diſcretõne ⁊ etate vt ꝑ hꝫ
preſumatur ꝓ eo qꝺ dicunt vel
cõtra quo facto ſeu cognito ſi al
ter nõ intellexit quod alter ꝓpo=
ſuit· recurrẽdum eſt ad cõmunẽ
intelligẽciam verborũ ⁊ vterqꝫ
compellatur verba ꝓlata i ſen=
ſu retinere quem ſolent recte in=
telligentibus generare· Nota
qꝰ i matrimonio diſcretio ⁊ etas
eſt attendenda ⁊ conſideranda·
Item verba obſcure prolata
ad cõmunem intelligenciam ſũt
reducenda·

Sponſam· Dicit̃ in iſto
capitulo ꝙ
ſponſam alterius maxime nubi=
lem ⁊ ſeptennem nullus de con=
ſanguineitate viri ducẽ poteſt
in vxorẽ· Nota ꝙ ſponſã cõ
ſanguinei cõſanguineꝰ habere

non poteſt· quod verum ē de ſpon
ſa ſeptenni que preſtat impedimē
tum·

¶ Ex parte· Quidam andre
as nomine iura
mentum preſtitit ꝙ·e·mulierē ab
eo tempore pro muliere haberet
et fidem ſeruaret· et illa ſimiliter
promiſit eidem· quo facto dictus
andreas illam dimiſit ⁊ aliam ſup
duxit· vnde illa mulier domino pa
pe fuit conqueſtā· dicit papa· ne=
mini liceat ſuam vxorem dimittere
ſine manifeſta cauſa fornicatōis
et tunc aut debet illam reconcilia=
re aut viuere continenter ea viuē=
te· mandat dictum andream com=
pelli· vt illam quam ſuperduxit di
mittat· et ad p̄mam redeat ⁊ affe=
ctu maritali pertractet· ¶ Nota q̇
vxorem ſuam cauſā fornicationis
dimittit aliam ſuperducere ea vi=
uente non poteſt et debet continē
ter viuere· ¶ Itē qui dimiſſa vxo
re legitima contrahit cum alia de
bet compelli dimittere ⁊ ad p̄mā
redire ſi eum petat·

¶ Ex l̄ris· Duo nobiles viri
ſiluanen̄· ep̄atus
ſcꝫ·v·⁊·b·filios ⁊ filias impube=
res habebant· conueniunt inter ſe
ꝙ eos adinuicem copularent qđ
promiſerūt adinuicem facturos ⁊
hoc tam parentes q̄ꝙ filij iuraue=
runt· vnus illorum·s·filiam alteri
us conſenciente patre iurauit du=
cere in vxorem· poſtmodum vero
voluit aliam ducere· Epiſcop9 cō
pellebat eum ducere illam quā iu/
rauerat· queſiuit epiſcop9 a papa
quid eſſet in hac cauſa faciendum
Reſpondet papa quia ꝑiculoſum
eſt dicto·s·contra iuramentū ve=
nire mandat pictauien̄· epiſcopo
vt ſi de hoc ſibi cōſtiterit moneat
illum et compellat quatinus ip̄a3
recipiat quā iurauit ⁊ eam marita
li affectu ꝑtractet niſi rōnabil' cā
eam impediat ¶ Nota ꝙ ſponſalia
contrahi poſſunt per verba gene
ralia· ¶ Item iuramentum impu=
beris tenet· ¶ Item compellitur
quis accipere illam quam iurauit
ſe ducturū in vxorem ſꝫ hoc fit ꝓpt̄
iuramentum·

¶ Non eſt nobis Inter re=
gē anglo/
rum et filios eius orta fuit contro
uerſia propter quod rex angloꝝ
detinebat vxores filioꝝ ipſi9 ita
ꝙ mariti ad eas accedere non va=
lebant· Conqueſti ſūt domino pa
pe filij regis· mandat papa archi
epiſcopis ⁊ epiſcopis per angliā
conſtitutis ꝙ cum ſit iuſtū ⁊ equū
vt viri ſuas petāt vxores quatin9
dictum regem moneant ut filijs ſu
is vxores eorum reſtituat· quod ſi
infra terminum ſtatutum non fece
rit extūc in quacūq3 terra vel pro
uincia detinentur vel etiam trāſfe
rantur donec ibi fuerint nulla diui
na officia celebrentur· vel permit
tantur aliquo modo celebrari pre
ter baptiſma paruulorum ⁊ peni=
tencias morientium· ¶ Nota ꝙ mi
tius agitur cum regibus et princi
pibus q̄ꝙ cum alijs· ¶ Item prop=
ter delictū domini tota terra ſup=
ponitur interdicto· ¶ Item in ge
nerali interdicto iſta ſacramenta
excipiuntur·ſ· baptiſma ꝑuuloꝝ
et penitencia morientiū·

¶ Preterea· Quidā vir vo
lebat contra=
here cū quadā muliere· conſāgui=
neus illius viri dicebat ſe deli=
quiſſe cum ea· ſed illud non aude=
bat confiteri propter potenciam
mulieris· Queritur quid iuris ſit·

Rn̄det papa ꝙ matrimonium illd
fieri non permittitur ne deterius
inde contingat niſi iuramētum in
teruenisſet · Nota ꝙ matrimoni
um ad dictum vnius impeditur ne
contrahatur · Sed ſi iuramētum in
terueueniſſet ꝓpter dictum vnius
non impeditur ·

Veniens Quidam iuuenis
mulier · m · nomi-
ne intantum adamauit quendā iu
uenem ꝙ vterqȝ eorum in preſen-
cia trium teſtium preſtitit iuramē
tum de matrimonio inuicem cōtra
hentes · parentes mulieris ƚƺ igno
rantes eam inuitam et reclamantē
cuidam alij tradiderūt ſed illa ip-
ſum exhorruit · ꝙ nullo modo ab
ip̄o cognoſci ſe pmiſit ⁊ cepit pub
lice ꝯfiteri ꝙ a p̄mo viro cognita
fuit ⁊ iurata · Tandem ep̄us dioc̄ ·
cognito ꝙ illi eſſent cōſanguinei
eos ab inuicem ſepauit · Sed dum
cauſa tractabatur ⁊ illa nolet con
ſentire viro cui a parentibus tra-
dita fuerat · ip̄e vir aliam duxit in
vxorem · ⁊ illa cuidam alij · p · nomi
ne fuit publice deſponſata ꝺ quo
poſtmodum filium genuit · pater
illius viri ei oppoſuit ꝙ filium ſuū
in virum habere nō poterat eo ꝙ
ab alio viro q̇ iam defunctus erat
deſponſata fuerat · vnde mulier il
la ad dominum papam acceſſit ex-
ponens ei omnia ſupradicta · Man
dat papa quibuſdam quatinꝰ ſi in
uenerint ꝙ predicta mulier a prio
re viro iudicio eccleſie fuerit ſepa
ta et ab illo · p · ſine contradictōne
eccleſie in vxorem traducta ⁊ ille
cui a parentibus tradita fuerat de
preſenti vita deceſſit moneant di/
ctum · p · et compellant ut prefatā
m · recipiat in vxorem ⁊ eam mari-
tali affectōne pertractet quod ſi
nōn fecerit eum et ſuper inductam
et patrem ipſius ſi contradixerit
excōmunicatōni ſubiciat · Nota
ꝙ coactum matrimonium eſt nullū
Item omnes impedientes iuriſ-
dictōnez iudicis ſine executōne ſint
excōmunicandi quia per hoc effi
ciuntur de iuriſdictōne ipſius iudi
cis ·

Cum locū · Inter duos ci
ues papieñ q̄
ſtio vertebatur ſuper matrimonio
eiuſdem puelle · vterqȝ dicebat ſe
matrimonium cum illa contraxiſſe
mulier timebat violenciam ſibi in
ferri a predictis qui eam petebāt
queſitum fuit a papa quid fieri de
beret · Reſpondet vbi metus vel
coactio intercedit cōſenſus locum
habere non poteſt · ſed vbi conſen
ſus requiritur · metus vel coactio
debet repelli et matrimonium ſo-
lum aſſenſu contrahitur · et ſic om-
nis metus et coactio debet repelli
ne per timorem dicat ſibi placere
quod odit · vnde mādat papa epi
ſcopo papieñ ut puellā illā ꝺ cuiꝰ
matrimonio queritur ponat in do
mo aliqua vbi nullo modo timeat
et faciat eam cuſtodiri honeſte do
nec ſentencia fuerit per ſentenciam
terminata · Nota ꝙ matrimoni
um ſolo conſenſu contrahitur ·
Itez inuita matrimonia fieri nō
debent · Item iudex locum ſecu
rum debet ptibus ꝓuidere ·

Veniens Quidam nomine
h · quandaȝ muli
erem in domo ſua recipit de qua
prolem habuit et ei poſtmodum
fidem dedit ꝙ eam duceret in vxo
rem · poſt hoc acceſſit ad domum
vicini ſui et cum nocte illa in do-
mo vicini ſtetiſſet · inuentus fuit
cum filia vicini dormiuiſſe · pater

puelle inueniens illos ſimul i lecto
compulit eum accipe in vxorē fili
am ſuam p verba de pñti· iſte ·h
acceſſit ad papā et expoſuit ei pre
dicta vnde mādat pa· epiſcopo lo
ci quatinus ſi inuenerit ꝙ primam
mulierē poſt fidē datā cognouerit
cum illa remaneat· Si vero poſt fi
dem datā non cognouerit maneat
cū ſecunda niſi p talē metū fuiſſet
compulſus eam accipere in vxorē
qui potuiſſet cadere in conſtantez
virum· ¶ Nota ꝙ ſi fides data ſit ð
aliqua ducenda. ſi poſtea carnalis
copula interueniat· inducitur ſta=
tim matrimonium preſumptū ·
¶ Item matrimonium contractum
p metum qui cadit in conſtantem
virum nō tenet ·

Cōmiſſum· Quidaz dedit fidem cuidam
mulieri ꝙ eam duceret in vxorē et
ꝙ cum ea p verba de preſenti con
traheret infra biennium interpo=
ſito iuramento poſtea vero p̄uata
lege ductus volebat religionez in
trare· dubitabatur an poſſet ꝓpter
iuramentum· queritur quid iuris
Reſpondet papa ꝙ tutius eſt illi
iuramenti religionem ſ̄uare ut p=
us contrahat et poſtea poterit re
ligionem intrare dūmodo carnal'
copula inter eos non itrauerit·
¶ Nota ꝙ iuramentum ſeruandum
eſt dūmodo ſine peccato ſ̄uari poſ
ſit. ¶ Item ante carnalem copulaz
poteſt alter coniugum religionez
intrare etiam altero inuito·

Requiſiuit Mulier quedā iuramento inter
poſito promiſit cuidam viro ꝙ cū
eo contraheret· poſtea vero volū
tate mutata nolebat cum eo cōtra
here· queritur qua cenſura ſit ad
hoc compellenda· rñdet papa ꝙ
matrimonia libera debent eſſe et nō
coacta· et ideo monenda eſt pocius
ꝙ cogenda quia coactōnes hmōi
frequenter ſolent difficiles exit9
habere· vel p̄us eſt monenda et ſi
acquieuerit poſtea compellenda··
¶ Nota ꝙ matrimonia libera dēnt
eſſe non coacta · ¶ Item ſm vnam
lecturam videtur ꝙ eccleſia diſpē
ſet hic· contra iuramētū ꝓpter rōz
que hic redditur· ¶ Item coactio
nes difficiles exitus ſolent hr̄e·

Cū i apoſtolica· Matri=moniał
cauſa vertebatur inter quendam
virum et vxorem eius coram ordi=
nario· ante publicatōnem teſtium
Ille reuerſus domum cepit publi
ce dicere ꝙ inter ip̄m et vxorē ſuaz
ſentencia diuorcij fuerat ꝓmulga=
ta et ſic falſitate ſuggeſta quandā
aliam facti neſciam in vxorem acce
pit· poſtmodum vero p quoſdam
delegatos q̄bus cauſa fuit ꝯmiſſa
ſentencia diuorcij fuit lata· Dubita
uit dioceſā· vtrum matrimonium
illud teneat cum lite pendēte int̄
virum et illam p̄orem vxorem cum
illa contraxit· que fuit a pa· q̄d iu=
ris eſſet· rñdet ꝙ bene poſſunt iſi=
mul remanere· ipoſita illi viro pe=
nitentia competenti et infra tem=
pus penitencie carnali copula in=
terdicta· ¶ Nota ꝙ matrimonium
quod de iure non tenet licet ꝓ ma
trimonio ab eccleſia teneatur non
preſtat impedimentum ſecūdo dū
modo primum appareat poſtmodū
non tenuiſſe·

In preſencia· Quidaz vi ri erant in
captiuitate vel alias abſentes cau
ſā peregrinatōnis· vxores eorum
exſpectauerant illos per ſepten=
nium et etiam vltra nec poterant

certificari ꝺ vita vel morte illoꝝ
quāuis ſup hoc diligentiam adhi
buiſſent et quia iuuenes erant non
poterant continere petebant alijs
copulari. Queritur quid iuris. Re
ſpondet pa. q̄ quantocūq̧ tempo
re ita remanſerint viuētibus viris
ſuis ad alia matrimonia nō pn̄t co
pulari niſi primo certum nuncium
receperint de morte virorū. ¶ No
ta q̄ in matrimonio non currit pre
ſcriptio. licet omnia iura p̄ſcriptō
ne tollantur. ¶ Item alter cōiugū
alterum expectare tenetur. quouſq̧
ſit certus de morte alteriꝰ. ¶ Itē
per hanc decretalem abrogantur
leges que dicunt mulierem per qn
quennium tm̄ expectare virū.

¶ Inter opa — Dicitur hic q̄
int̄ cetera opa
caritatis magna caritas reputat̄.
peccantem ad penitenciam reuo=
care. vnde ſtatuit clemēs papa q̄
quicūq̧ publicas mulieres ꝺ lupa
nari extraxerit ꝛ eas duxerit i vxo
res in remiſſionem eis ꝓficiat pec
catorum. ¶ Nota q̄ opꝰ caritatis
eſt errantem reuocare. ¶ Itē qui
meretricem ducit in vxorem mere=
tur ꝛ ſic nota q̄ caſtitas debꝫ eſſe
in matrimonio.

¶ Ad id quod. — Quedā mu
lier cōtra=
xit matrimonium cum quodam vi
ro inuita ꝛ renitens ut dicebat in
xj. anno. poſtea per annū ꝛ dimi=
dium cohabitauit eidem. tandē re
ceſſit ab illo et tā vir q̄ȝ mulier ad
illicitos concubitus trāſiuit. poſt
hec dicebat mulier q̄ inuita et re
nitens contraxit cū illo et hoc vo
lebat ꝓbare. vn̄ ab illo ſepari de=
bebat. querebatur quid iuris. Re
ſpondet papa quāuis. xj. ānos ab
inicio habēs inuita ꝛ renitēs tra=
dita viro fuiſſet quia tamen poſt=
modum per annum ꝛ dimidium co
habitauit eidem conſenſiſſe videt̄
cogi dȝ ad ip̄m redire. nec teſtes
recipiendi ſunt. ſi quos mulier vel
let inducere ad probandum q̄ nō
conſenſit in illum. quia mora tanti
temporis probatōnē excludit cū
illa coactio iam tranſiuerit in con=
ſenſum. vnde mandat ordinario lo
ci ut propter hoc non dimittat q̄
minus compellat vtrūq̧ ad tractā
dum alterum maritali affectu niſi
ambo vellent ad religionem trāſi
re cum vterq̧ fidem alteri non ſer
uauerit. ¶ Nota ex iſta decretali p̄
ſumptōnem iuris et de iure. ¶ Itē
quis tacite videtur conſentire.
¶ Itē matrimonium quod ab ini
cio non tenet tractu temporis con
ualeſcit. ¶ Item que p̄ metum ſi=
unt per ſequentem conſenſum va=
lent nec teſtes in contrarium ſunt
amodo recipiendi. ¶ Item mu=
tua delicta pari compenſatōne tol
luntur.

¶ Sicut ex lr̄is. — Quidā no
mine lamp=
tus intrauit ſe ductūrum mulierē
p. nomine in manu patris ipiꝰ mu
lieris iuramentum ſimiliter q̄ ei fi
liam ſuam traderet in vxorem nec
ſtetit per virum ſed per mulierem
quominus matrimonium contraxiſ
ſent. poſtmodū quatuor annis vel
quinq̧ elapſis quandam aliam. e.
nomine per verba de preſenti de=
ſponſauit. Querebat̄ quam ꝺ iſtis
habere debeat. Reſpondet papa
et mandat epiſcopo loci ſi conſtite
rit et q̄ idem lampertus primam
mulierem per verba de futuro et
aliam per verba de preſenti de=
ſponſauerit matrimonium ſecūdo
ōtractū legitimū iudicet: ipo ſicta

alli viro penitencia competenti ꝓ
eo ꝙ ꝑmam fidem irritam fecit niſi
etiam iuramento ſuo certum termi
num appoſuerit infra quem illam
duceret in vxorem nec ſtetit ꝑ eū
quin ad ſtatutum terminū matrimo
nium cōſumaret et ſi forte cū vtꝗ
ꝑ verba de futuro ↄtraxerit ꝑmū
iuramentū ipm̄ ſeruare cōpellat
et de ſecūdo ſibi penitenciaꝫ iniun
gat. Si vero de his non ↄſtiterit
ad plenum tamdiu adhuc de cauſa
cognoſcit donec ſup his plenius in
ſtruatur. Nota ꝙ matrimonium
ꝑiudicat iuramento. Item iura
mētum ꝑmo factū ſuandū eſt. niſi
forcius vinculum ſupueniat. Itē
ſi ꝑ me non ſtat quominus faciam
qd ꝓmiſi nō eſt mihi imputandum
Item vbi paria vincula ſunt pri
mum tenet ſecundum non obligat
Item q̄diu iudex plene inſtrua
tur de cauſa cognoſcere debet.

Cum apud Queſitū fuit a pa. vtrum mu
tus et ſurdus poſſint ↄtrahere ma
trimonium. rn̄det papa. edictū de
matrimonio contrahendo prohi
bitorium eſt quod eſt dicere quia
cūcꝫ non prohibetur ꝑ iura ꝑ con
ſequentiam ↄtrahere poteſt et ſo
lus ↄſenſus ſufficit ad matrimoni
um ↄtrahendum. vnde ſi mutus et
ſurdus velint ↄtrahere et inueni
ant cum quibus eis non debent de
negari. quia qd non pn̄t verbis ꝑ
ſigna valent declarare. Nota ꝙ
edictum de matrimonio ꝓhibito/
rium eſt. Itē qd non ꝓhibetꝛ cō
ceſſum intelligitur. Itez ſolus cō
ſenſus facit matrimoniū. Itē in
matrimonio idem faciūt ſigna qd
verba et hoc intellige cum contra
hentes voluntatē ſuam verbis ex/
ꝑmere non pn̄t. Item nō refert
an verbis ꝉ ſignis q̄s declaret vo
luntatem ſuam.

Dilectus Quidā nomie ro
bertus filiā ſuaꝫ
cuidam iuueni matrimonialiter co
pulauit. ignorās ꝙ ille iuuenis eſ/
ſet furioſus. vn̄ petebat filie ſue ꝓ
uideri. rn̄det papa ꝙ cū mulier il
la cum ipo viro qui ↄtinuo furore
laborat morari non poſſit et ꝓpter
alienatōnem furoris legitimi. le
gitimus inter eos ↄſenſus interue
nire non potuit. Mādat papa epi
ſcopo loci ut ſi res taliter ſe habu
erit predictos ab inuicem ſtudeat
ſepare. Nota ꝙ qui non poteſt
ↄſentire nō poteſt matrimoniū cō
trahere.

Tue fraternitati queſitū
fuit a
papa. vtrū ꝑ ſola verba poſſit cō
trahi matrimoniū et ſi ꝑ ſola ver
ba queritur. ex q̄bus rn̄det pa. ꝙ
matrimoniū in veritate ↄtrahitur
ꝑ legitimum ↄſenſum viri et mulie
ris. Sed verba neceſſaria ſūt q̄ntū
ad eccleſiaꝫ exꝑmencia ↄſenſū mu
tuū de preſenti. et ꝑ ↄſenſū reuera
ↄtrahitur matrimoniū quia muti
pn̄t contrahere matrimoniū ꝑ cō
ſenſum mutuum ſine verbis dūmo
do ꝑ aliqua ſigna ↄſenſum expri
mant. Sꝫ pueri ante legitimos an
nos ꝑ ſola verba non contrahunt
cum antea eorum conſenſus non ſit
legitimus. Nota ꝙ ſolus conſen
ſus facit matrimonium expreſſus
verbis vel ſignis. Item mutus
poteſt contrahere matrimonium.
Item pueri nō poſſunt matrimo
nium contrahere quia non pn̄t cō
ſentire.

Tua nos quidam iuuenis
ſepe requiſierat
quandam mulierem ut ei carnalit̄
conmiſceretur ſed ipa conſentire
nolebat niſi deſponſaret eandem.

tandem nullo p̄ſente ac nulla ſolē-
nitate adhibita dixit illi mulieri
iohannes te deſponſat cum nō vo/
caretur iohannes ȝ finxit ſe ſic vo
cari non credens ꝓpterea matrimo
nium ꝯtrahere cum eadē ex eo ꝙ
ipē non vocaret̄ iohannes nec ha
bebat ꝓpoſitum ꝯtrahendi cum ea
nec ꝯſenſit in illā. Queritur vtrū
ſit matrimoniū int̄ eos. Rn̄det pa
pa ꝙ cum prefatus vir mulierē il/
lam deſponſauerit ſub ꝓpria pſo-
na et ſub nomine alieno quo voca-
ri ſe finxit ⁊ inter eos ſit carnalis
copula ſubſecuta. videtur ꝓ matri
monio p̄ſumendū niſi expꝛſſe dictū
fuiſſet pape ꝙ ille nec ꝓpoſuit nec
ꝯſenſit illam ducere in vxorem. In
de dicit papa ꝙ ſi res ita ſe habet
videlicet ꝙ ille non ꝓpoſuit eā du
cere in vxorem nec ꝯſenſit in eam.
non debet ex illo facto matrimoni
um iudicari quia in eo non inueni-
tur ſubſtancia ꝯiugalis ꝯtractus
nec forma ꝯtrahendi matrimoniū
quia ex altera pte dolꝰ ſolūmodo
affuit. ⁊ defuit omnis ꝯſenſus ſine
quo matrimoniū nō ꝯtrahitur.

¶ Nota ꝙ ad hꝰ ut matrimoniū cō-
trahatur neceſſe eſt ut vterqꝫ con
trahenciū ꝯſenciat in alterū. et ꝙ
forma verboꝝ ꝑ quam matrimo-
niū ꝯtrahitur expꝛſſe vel tacite ex/
p̄matur ⁊ ſic ſubſtācia ⁊ forma ne
ceſſaria ſūt alias nō eſt matrimoni
um. ¶ Item hic eſt caſus ſpecialis
in quo dolus ꝓfuit. ¶ Itē deſtru-
cto pn̄cipali deſtruit̄ acceſſoriū.

Cum in tua. Ca. Quidā vir
⁊ mulier vole-
bant ꝯtrahere matrimoniū ſm cō
ſuetudinē loci. ꝓpoſitū fuit publi
ce i eccleſia ut qui ſciret impedimē
tum illud exponeret. Sed nullꝰ ap
paruit ꝯtradicens fama tn̄ p̄uatū
impedimētū parentele referebat

vt omnis ſuſpitio tolleretur ex p-
te ꝯtrahenciū offerebantur iura-
menta maiorum ſuoꝝ ex ꝓpinqui-
tate ſua quia nulla eſſet ꝯſāguinei
tas inter eos. Queritur quid ſit in
hoc articulo faciendū. Rn̄det pa-
pa ꝙ ſi pſona grauis cui merito ſit fi
des adhibenda denūciat ꝙ illi ſūt
ꝯſanguinei ⁊ de fama ꝓbat vel ſcā
dalo. aut etiam ipē iudex de plano
certificari p ſe poſſit. iudex nō ſo-
lum debet iuramēta parentū ſpō
te oblata non recipe ſed etiam de-
bet illos cōpellē a ut tali ꝯtractu
deſiſtant ex quo fama vel ſcandalū
eſt ꝓbatum ſi moniti induci nō pñt.
vel ꝯtra famam hmōi iuramēta ex
hibeant ꝓpinquoꝝ alioquin ſi pſo
na denūcians talis non fuerit vel ſi
talis fuerit ⁊ d fama vel ſcandalo
non ꝓbauerit monendi ſūt ne ꝯtra
hant ſed non compellendi. ¶ Nota
ꝙ qui denūciat debet eſſe honeſta
pſona ⁊ grauis. alias repellitur a
denunciando. ¶ Item fama vel ſcā
dalum impedit matrimoniū ꝯtra-
hendum. ¶ Item ꝯtra famam pro
bacio admittitur.

Conſultatōni Conſuetu-
do eſt in q
buſdā locis ꝙ ſponſus ⁊ ſponſa cū
debent benedici veniūt ad valuas
eccleſie id eſt ad oſtia eccleſie ſpon
ſa tunc dicit ꝙ nunquā cōſenſit in
ſponſum matrimonialiter ſed ſpon
ſus vult ꝓbare ꝯtrarium. ſ. ꝙ i ma
trimoniū illius ꝯſenſit. Queritur
vtrū ſponſa ſit audiēda ⁊ dicit ꝙ
non debet audiri cum eius ſimplex
aſſercio non debeat legitimis teſti
bus p̄ualere. Secūdo ponit alius
caſus. Quidam deſponſauerūt ali-
quas in vxores ſponſe benedictōe
recepta ſtatim ante carnalē copu
lam auffugiunt a ſponſis dicentes
ſe nullatenus in illis ꝯſenſiſſe. Sed

copulſe p metum pferebāt verba
oſenſus ſed animo diſſenciebāt · q̄ꝛ
ritur vtrum iſte ſponſe ſint audien
de · rñdet ꝙ ſic et ſi talis metus ꝓ
batus fuerit qui poſſit cadere i cō
ſtantem virum a ſpōſis merito ſūt
ſepande · ¶ Nota ꝙ pocius teſtibꝰ
credendum eſt q̄ ſimplici aſſertōꝛ
ni alicuius · ¶ Item matrimonīu p
metum otractū qui poſſit cadere i
oſtantem virum nō valet ·

¶ Gemma · Theberga fi-
lia gemme dū
eſſet infra · vij · annū oſtituta con-
traxit ſponſalia cum petro filio · b ·
de alfario ab ipa gemma ꝛ pdicto
b · parentibus pena fuit appoſita
que contrauemret penam alteri
parti perſolueret · poſtmodū di-
cta · g · otraxit matrimonīu cū alio
b · nomine · vnde hac occaſione di-
ctus · b · a pdicta gemma penam in
ſtipulatōne appoſitam nitit̄ extor
quere · vnde queſta eſt dño pa pa
pa dicit · cū matrimonia libera de
bent eſſe ꝛ ideo ſtipulatio pene in
matrimonio vel ſponſalibus appo
ſita merito ſit iprobanda Mandat
q̄tinꝰ ſi eſt ita iudex dictū · b · p ex
cōmunicatōnem cōpellat ut a peti
tōne predicta deſiſtat · ¶ Nota ꝙ
matrimonia ſiue ſpōſalia libera de
bent eſſe ab omni coactōne pſone ꝉ
pecunie ꝛ ſi pena fuerit appoſita ñ
tenet pmiſſio ſiue ſtipulatio pene ·

¶ Is qui fidem Quidā iuue
nis dedit fi
dem cuidam mulieri ꝙ eā duceret
in vxorem ꝛ eam poſtmodū carna
liter cognouit poſtea i facie eccle
ſie cum alia matrimonīu otraxit · q̄
ritur quā iſtarum debeat habere ·
dicit̄ ꝙ ad pmā redire tenet̄ qꝛ li
cet preſūptum matrimonīu videa
tur otra tñ preſūptōnem pbatio i
otratium non eſt admittenda · vñ
ſequitur ꝙ matrimonīu poſtea de
facto otractum nullum ſit · ¶ Nota
ꝙ hec eſt preſūpcio iuris ꝛ ꝺ iure
otra quam pbatio non admittitur

¶ Si inter virum · Si int̄
virū et
vxorē oſenſus ꝺ pñti interuenerit
ſub hac forma verboꝝ · ego acci-
pio te in meam · ꝛ ego accipio te i
meum · vel p alia verba oſenſū exp
mencia de pñti i ſiue iuramentū int̄
uenerit ſiue ñ · nō licet alteri poſt
modum ad alia vota tranſire qđ ſi
fecerit etiam ſi carnalis copula ſit
ſubſecuta debent ſepari ꝛ pmum
matrimonīu in ſua firmitate mane
re · ſed ſi inter eos verba interue-
niūt de futuro dicēdo vnus alteri
ego accipiaꝫ te in meam · ꝛ ego ac
cipiā i meum vel ſimilia · ſi alter cū
altera p verba de preſenti poſt-
modū otraxerit non debent ſepari
etiam ſi inter ipm ꝛ pmam iuramē
tum interuenerit · ſed de fide men
tita eſt penitentia iniungenda eis
¶ Nota ꝙ iuramentū non eſt ꝺ ſub
ſtancia matrimonij ·

¶ Adoleſcens Adoleſcēs q̄
dam cū q̄daꝫ
otraxit p verba de futuro niſus fu
it ſepe illam cognoſcere ſed ñ po
tuit · poſtmodum cum alia otraxit
p verba de pñti querit̄ quā illarū
debet habere · dicit̄ ꝙ pmam habe
re non poteſt quia cum illa non fu
it verū matrimonīu nec preſūptū
quia conatus non habuit effectum
ꝛ ita ſecūdam habebit vxorem ·
¶ Nota ꝙ conatus ſiue volūtas ſi
ne effectu non nocet ꝛ verba cum
effectu accipiēda ſūt ·

De deſponſatōe impuberū ·

Va fraternitas Pater
ſimilit
vult ꝙ filius eius cōtrahat

cum aliqua muliere filius adultus
non vult cum illa ↄtrahere · queri
tur an pater filiū compellere poſ=
ſit ut cū illa ↄtrahat · dicit ꝙ ſi fili
us non ↄſentit fieri nō poteſt · Sꝫ
filium nō dum adultum poteſt pa=
ter cui vult in matrimonio trade=
re · quia ipſius voluntas adhuc di=
ſcerni nō poteſt · Sed poſtq̃ vene
rit ad legitimam etatem debet fa=
ctum patris ratum hr̃e ſi ſibi pla=
cuerit ſed non compellitur // Nota
ꝙ libera debet eſſe voluntas i ma=
trimonio ↄtrahendo et filius non
adultus in hoc patri ſubiacet ·
// Item pater non poteſt cogere
filium adultum ad ↄtrahendum ·
Filium vero non adultū cogere pt̄
vt videtur qđ verū ē quo ad ſpō=
ſalia non quo ad matrimoniū · qđ
patet cum dicitur in lr̃a · dum vene
rit ad legitimā etatem ⁊ illud qđ
poſtea ſequitur debet exponi đ de
bito honeſtatis · nō neceſſitatis ·

Vbi non eſt · Dicit̄ h ꝙ aliqui q̃rū
vterqꝫ vł alt̄ ad legitimā etatē ad
mr̃imoniū ſpectātē n̄ puenerit ↄiū
gi n̄ debent niſi forte aliqua iuſta
cauſa interueniente ut puta ꝓ bo
no pacis cuius ↄtrarium fuit cau=
ſa huius ꝓhibitōis puta ↄtrahe
bāt aliqui i minori etate cū ad eta
tem legitimam pueniebant diſpli=
cebat alteri ⁊ ſic non ↄtrahebant
ꝓpter qđ ſcandalū ⁊ odium int̄ pa
rentes oriebatur · // Nota ꝙ ꝓ bo
no pacis reformando tolerat̄ ma=
trimonium quod alias fieri inter=
diceretur ·

Puberes Iſidorus in terp̄tatur quis dicat̄
pubes dicitur pubes a pudēda cor
poris · qꝛ loca illa p̄mo lanuginem
ducunt · quidaꝫ tn̄ ↄputant puber
tatem ex annis p̄miſ · id eſt illū pu
berem dicunt qui annū · xiiij · ↄple
uit quāuis tardius pubeſcat · Sed
verum eſt illum puberem eſſe qui
ex habitu corꝑis pubertatē oſten
dit ⁊ generare poſſit ⁊ puerꝑe di
cūtur que in puerilibus annis pa
riunt · // Nota ꝙ i matrimonio cō
trahendo non debet cōſiderari tē
pus · Sed vtrum ſit talis qui gene
rare vel cōcipe poſſit tam i maſcu
lo q̃ꝫ in femina ·

Lr̃as quidā cū eſſet etatis legitime ad matrimo
niū ↄtrahendū deſponſauit q̄ndā
puellā i cunabił poſtmodū cogno
uit matrem ⁊ eam in vxorem acce
pit · Dubitabatur an eam in vxorē
habere poſſet · Rn̄det pa · ꝙ ſi pre
fatus vir matrem puelle in vxorē
accepit antequā puella ſeptimum
annum cōpleret matrimoniū tenet
quia hmōi deſponſatōnes q̄ infra
vij · annū fiunt nulle ſūt verūtamē
ſi poſtquā puella · vij · annū cōple
uit vir ille matrē accepit quia ex
tunc placere conſueuerūt ſpōſalia
matrimoniū illud ſeparari debꝫ nec
matrem nec filiam habere poterit
// Nota ꝙ ſponſalia ante · vij · annū
ↄtracta nulla ſūt poſt · vij · annum
valent ⁊ tenent · // Item ꝙ ab ini
cio non valuit tractu temꝑis vale
re incipit ·

Acceſſit · quidam · n · nomi ne cōtraxit ſpon
ſalia cum quadam puella in mino
ri etate ſiue infra nubiles annos ⁊
cum ipa in dictū · n · ↄſentire nollet
ab eo fuit ꝑ archiepm̄ abſoluta ·
poſtmodū dictus · n · cum matre pu
elle matrimoniū ↄtraxit ⁊ ex ea fi
lios ſuſcepit · Dubitauit archieps
vtrū matrimoniū illud teneret et
filij eoꝝ legitimi ſint habēdi · ſuꝑ
hoc pa · conſultus rn̄det ⁊ mandat
archiepō q̄tinus ſi conſtiterit ei ꝙ

puella nõ eſſet·vij·annoꝝ qñ pre fato·n·deſpõſata fuit·⁊ ꝙ idẽ·n· fuiſſet abſolut⁹ ab ip̃a·matrimoni um illud legittimũ iudicet ⁊ ꝑlez eoꝝ legitimam nunciet qꝛ deſpon ſatões infra·vij·annũ nõ tenent ſi ↄſenſus poſtea nõ accedat Si ve ro dicta puella antequã deſponſa ta a p̃dco·n·fuiſſet·vij·annũ com pleuerit quãuis ab ip̃a abſolutus fuiſſet quia in eũ ↄſentire nolebat matrem puelle habere nõ poteſt· Nota ꝙ diuorciũ dicitur celebra ri inter quos nullum fuit matrimo nium· Item ſpõſalia infra ſepti mũ annũ ↄtracta nõ tenent ⁊ ita ñ impeditur ↄiungi qui cõtraxit cũ matre illius puelle dũmodo poſt vij·annũ ad inuicem nõ ↄſenſerint Item ratihabitio ſubſequẽs cõ firmat ↄtractum p̃cedentẽ·

Cõtinebatur· Quedã puella infra nubiles annos ↄſtituta tradita fu it in vxorem cuidaz iuueni ⁊ ab eo traducta poſtmodũ cũ puenit ad nubiles annos poſtulauit licenciaz cum alio ↄtrahẽdi dicẽs ꝙ in illũ non ↄſenſit·iuuenis ille in cõtrari um allegauit·ꝙ et ſi forte cum de ſponſauit eam dum annũ·xij·nõ at tigiſſet·ita erat etati ꝓxima ꝙ eaz carnaliter cognouit ⁊ pentes ip̃i us aſſerebãt eam eſſe etatis legiti me·Queſitum fuit a pa·cui eſſet po cius credendũ·rñdet pa·ꝙ i decre tis habet expꝛeſſum ut ſi vir dicat ꝙ vxorem ſuam cognouerit ⁊ mu lier negauerit ſtandum eſt verbo viri·⁊ i caſu p̃miſſo ſtandũ eſt ver bo viri qui dicit ſe eam cognouiſſe ſi illud iuramento firmauerit· Si vero fuit etati ꝓxima ut in·xj·ano vel circa·xij·⁊ cum aſſenſu ſuo de ſponſata ⁊ cognita ab eo ſepari ñ debet·p̃cipue cum parentes ip̃ius eam legitime etatis faterent̃·in fi ne dicit ꝙ ſi puella ĩfra nubiles an nos alicui fuerit deſponſata·nõ li cet alicui de ↄſanguinitate illius cui deſponſata fuerat ducere i vxo rem·nec ſponſus poterit aliquam accipe de ↄſanguinitate ſponſe· Nota ꝙ pocius creditur viro ꝙ̃ mulieri ſed hoc eſt fauore mrĩmo nij· Item ab·xj·ãno dicit̃ mulier ꝓxima ⁊ nuptui apta· Itẽ ſpon ſalia infra nubiles annos cõtracta licet ad matrimoniũ nõ ꝑueniant· impediũt matrimoniũ ↄtrahendũ cũ omib⁹ ↄſanguineis alterutri⁹

De illis· Aliqui infra nu biles annos cõſti tuti maiores·vij·annis ↄtrahunt ſponſalia·ſiue vterqꝫ ſiue alter an tequã ad legitimos ãnos ꝑueniãt poſtulent ſeparari non ſũt audiendi Si vero alt̃ eoꝝ ꝑueniat ad legiti mos annos altero in minoꝛib⁹ ad huc exiſtẽte maioꝛ ſi petat ſepari nõ eſt audiendus·niſi cum alter ad etatem legitimã vel debitam pue nerit ⁊ petierit ſepari tũc iudicio eccleſie pñt ſepari·Si vero qñ cõ trahunt ſponſalia alter eoꝝ maioꝛ fuit et alter minoꝛ ſi maioꝛ poſtu let ſepari nõ eſt audiẽdus·quia ex quo in eum ſemel ↄſentit ñ poteſt amplius diſſentire niſi minoꝛ cũ ꝑ uenerit ad etatem legitimã petie rit ſepari· Nota ꝙ illi qui in mi noribus annis contrahunt ante le gitimaz etatem nõ pñt reſilire· Item maioꝛ debet expectare mi norem· Item ſufficit ſemel in ali quem ↄſentire·

A nobis· Quidam infra nu biles ãnos iũgũ tur nomie matrimonij ſi vterqꝫ vl alter ante quã ad legitimos annos perueniant petierint ſepari·que ritur vtrũ ſint audiendi·rñdet pa·

ꝙ cum ante legitimos annos ꝯiu/
galez ꝯſenſū non habeant vſq; ad
legitimam etatem expectare te-
nentur ⁊ tunc aut ꝯfirmetur ma-
trimonium aut infirmet̄ · niſi car-
nalis copula antea interuenerit cū
illa tempus anticipare ſoleat pu-
bertatis · ¶ Nota ꝙ ante annos le
gitimos non pn̄t aliqui matrimo-
nialiter conſentire · ¶ Itez matri
moniū non ſemꝑ ꝯſideraꞇ̄ ſm̄ an-
nos quia aliquando carnalis com
mixtio anticipat etatem ⁊ inducit
matrimoniū precedentibus ſpon-
ſalibus ⁊ malicia etiaz ſuppleꞇ eta
tem ·

¶ De illis · Quidā in minori etate ſpōſalia cō
trahunt ⁊ traducūtur · poſtmodū
diuorciū petunt minorem allegan
tes etatem aut vim ſibi illatā · que
rit̄ quid iuris · rn̄det papa ꝙ ſi ita
fuerint etati ꝓximi ꝙ potuerint
carnaliter ꝯiungi ꝑtextu minoris
etatis non ſūt ſepandi · ſi vnus in
alium viſus eſt ꝯſenſiſſe quia i eis
malicia ſupplet etatē ſed cuiuſcūq;
ſūt etatis ſe pn̄t ꝑ illatam ſibi vio
lenciam excuſare niſi poſt violenci
am ꝯſenſus accedat · ¶ Nota ꝙ ma
licia ſupplet etatez in matrimonio
qđ intelligo ſapientiā diſcretōnē
doli capacitatem · ¶ Item violen
cia omni tempe excuſat ¶ Itez ma
trimonium ꝑ vim ꝯtractum ꝑ ꝯſen
ſum ſequentem fit firmū qđ prius
erat infirmum ·

¶ Atteſtatōes · Quedam cauſa ma-
trimonialis vertebat̄ inter · h · iu-
uenem ⁊ · g · mulierem ſup cauſa il-
la coram ordinario teſtes fuerunt
ꝓducti · dubitauit iudex qualit̄ in
cauſa ꝓcederet · miſit atteſtatōes
teſtium dn̄o pa · atteſtatōnibus ill'
inſpectis conſtitit dn̄o pape ꝙ iu-
uenis ille nondum attigerat · xiiij ·
annum qn̄ dictam · g · in vxorez ac-
cepit · ⁊ licet niſus fuiſſet eam cor-
rumpere ſm̄ ꝙ vterq; ꝯfitebatur
mulier tn̄ credit ſe virginē euaſiſ-
ſe · ſed ipē antequā perueniſſet ad
xiiij · annū ab ea receſſit ⁊ cū poſt-
modū ad annos legitimos peruen/
ſet petebat illum in virum ſuū · tn̄
det pa · eidem epō dicens · ꝙ ſi mu/
lier illa ꝑ idoneos teſtes probare
nequiuerit ꝙ poſt · xiiij · annum eta
tis ſue · vel circa finem · xiiij · anni ꝑ
dictus iuuenis ꝯſenſiſſet in eam re
cepto iuramento ab ipō ꝙ poſtꝙ̄
ad legitimā etatem peruenit eaz ha
bere non ꝯſenſit vxorem · dictū iu
uenem a predicta · g · debeat ſepa
re et dare vtriq; licenciam cū alio
ꝯtrahendi vel alia · ¶ Nō ꝙ inuti
lis conatus non facit ꝑiudiciū ·
¶ Itez poſt publicatas atteſtatō
nes de nouo pn̄t teſtes recipi ·
¶ Item hic defertur iuramentum
reo quāuis actor nihil ꝓbet cum
tamē deberet abſolui quia actore
non ꝓbante reus abſoluit̄ · ſꝫ hꝫ fit
ꝓpter preſūptōnes qꝛ temptauit
eam corrūpere et etiaz fauore ma
trimonij ·

¶ Ex litis · quedā puella · xij annoꝝ deſponſa
ta fuit cuidā puero · ix · vel · x · anno
rum ⁊ poſtmodū de voluntate pa
tris nō de ſua · ut dicebat ad domū
patris illius pueri ducta fuit inuī
ta ⁊ nolens · et minis parentum com
pulſa fecit ibi ꝑ annum morā ⁊ tā
dem ad domum pr̄is ſui eſt reuer
ſa dicens qđ nunquā in eum conſen
ſit nec vult ꝯſentire · imo petebat
licenciā cum alio ꝯtrahēdi · quere
batur quid iuris · rn̄det pa · cum di
ctus puer nōdum ad · xiiij · annum
ꝑuenerit nec ad eā carnalit̄ acceſ
ſum habuerit · mādat qđ ſi puella

cōmonita ipm voluerit expectare
quouſqꝫ ad etatem legitimaꝫ pue
nerit ſi eſt ita ut eſt ꝓpoſitū liberaꝫ
tribuat licenciam cum alio ꝯtrahē
di. ¶ Nota ꝙ ſponſalia p vim con
tracta nō tenēt ⁊ ideo datur huic
licencia ꝯtrahendi. ¶ Item coha=
bitacio vni9 anni nō ſufficit ad p̄
ſumendū ꝯſenſū matrimonialeꝫ qđ
verū eſt vbi inuite q̄s ꝯtrahit nec
unquā conſenſit.

Duo pueri

Duo pueri. g.
ſex annos hn̄s
et guilelma. vij. matrimonialit̄ fuīt
ꝯiuncti. q̄ ſic p tres annos manſe=
runt. ⁊ ſic ſponſalia tenuerūt que
ab inicio non valebant. poſtmodū
pater puelle ipam copulauit cui=
dam alij. m. nomine cū quo pacifi=
ce p. vij. annos pmanſit. Tandem
dimiſit eandem qꝛ credebat ipam
aliū virum. g. habere cui fuerat p̄
mo deſponſata. g. ad ānos diſcre
tōis pueniens cum alia ꝯtrahen
di licenciā poſtulauit. qua obtēta
ꝯtraxit cū quadā. s. nomine conſo
brina dicte guilelme. et cū ea per
aliqđ tempus cohabitans ut dice=
bat nō cognouit eandē. ipa tn̄ ab
eo ſe cognitā aſſerebat. poſtea ve
ro pater guilelme cum vidiſſet eā
a ſecundo viro dimiſſam compulit
dictū guil. ut. s. nepotem ſuam di
mitteret ⁊ ad guilelmā q̄ poſtmo
dum p bienniū cohabitauit eidem
Queſitum fuit a pa. q̄d ſup his eſ=
ſet agendum. ⁊ ipe rn̄dit ꝙ inter
g. et guilelmā non fuerit matrimo
niū puerili etate impediente. et li
cet idē poſtquā illa nupſit alij po=
tuerit aliam ducere in vxorem cō
ſobrinam guil. habere non potuit
ꝓpter publicam honeſtatem. ſiue
eaꝫ cognouerit ſiue n̄. nec ad guil
elmam potuit redire. qꝛ fuit alteri
legitime copulata. Cū ergo. g. di
cat ſe non cognouiſſe. ſ. ꝯſobrinaꝫ
guilelme aliā ſi voluerit poterit
ducere in vxorem. ⁊. g. alteri viro
poterit copulari. ⁊ cū fuerit ſepa
ti penitentia debꝫ vtriqꝫ iniungi
ad tempus ꝓ vitando ſcādalo. Si
vero ꝯſtaret. g. s. cognouiſſe neu
teri altero viuente dabit̄ licencia
ꝯtrahēdi. ⁊ guilelma manebit cū
m. impoſita ipi. m. penitencia cō=
petenti ad tempus qui ꝓ ſua volū
tate ſine iudicio eccl̄ie dimiſit ean=
dem. ¶ Nota ꝙ publica honeſtas
impedit matrimoniū ꝯtrahēdum
⁊ dirimit iam ꝯtractū. ¶ Iteꝫ ma
trimoniū ſupueniens ſponſalibus
diſſoluit ea. ¶ Item vir caput ē mu
lieris. ¶ Item ꝓpter ſcandalū pe=
nitencia debet iniungi. ¶ Iteꝫ in
ceſtus impedit matrimoniū ꝯtra=
hendum. ¶ Itē nemo ſine iudicio
eccleſie debet ſuam vxorē dimittē

Ad diſſoluendū.

Quidā
noie io
hannes ꝯtraxit matrimoniū cum
q̄dam puella. s. nomine infra ſep=
tenniū ꝯſtituta. tandem ex pte pu
elle accuſabatur matrimoniū ꝓpt̄
ꝯſanguineitatem. predict9 iohan
nes multas exceptōnes ꝓpoſuit p
quas intēdebat accuſatores ab ac
cuſatōne repellere. Cūqꝫ ſuper ex
ceptōnibus ipis fuiſſet multiplici
ter diſputatum. pa. auditis q̄cūqꝫ
ptes ꝓponē voluerunt interloquē
do ꝓnunciauit. inter predictū iu=
uenem ⁊ puellam nec matrimoniū
nec ſponſalia fuiſſe ꝯtracta. qꝛ pu
ella nondū ad. vij. anniū puenerat.
vnde accuſatio locum habere non
poterat cū nō eſſet quid poſſet le=
gitime accuſari. ſed denunciari po
terat ꝯſanguineitas ut interdice/
retur matrimoniū ꝯtrahendū. vn̄
pa. ſtatuit terminū ad denūciatoꝝ
ꝓbādū ſaluis exceptōib9 ꝓpoſitis

ac etiam ꝓponendis. ne vero in puellam aliquid interim attemptet. precepit pa. ne in negocio vlterius ꝓcedatur ꝺ nouo donec ceſſet a denunciatōne. vel ea ꝓbata ordine iudiciario ꝓcedatur ꝙ ſi cōtra hoc mādatū aliquid in p̄iudicium puelle fuerit attemptatū illud decernit pa. irritū ⁊ inane. ¶ Nō ꝙ infra .vij. annū nec matrimonium nec ſponſalia ꝯtrahi pn̄t. ¶ Item matrimoniū qd nō eſt accuſari nō poteſt. ¶ Item ꝯtra accuſatōnem que nō tenet exceptio ꝓponi nō pt̄. ¶ Item qn̄cūqꝫ denūciatur crimē qd nō eſt ꝯmiſſum ſed ꝯmittendū. ¶ Item qd fit ꝯtra preceptū pa. non tenet.

¶ **Que nobis.** Quidam filiā ſuam circit' .xij. annū habentē deſponſauit cuidā nobili q̄ ſubarrauit eandē p̄ ānuli immiſſionē ꝯſenſu mutuo accedente. poſtmodum puella ip̄a fuit alteri copulata. dubitatū fuit vtrū illa puella deberet remanere cū ſecundo an deberet redire ad illū cui fuit p̄mo deſponſata. Cōſultꝰ pa. rn̄det ꝙ non ꝯſtitit ei cuiꝰ etatis eſſet puella quando cum p̄mo viro extitit deſponſata. cū dicat̄ ꝙ circiter .xij. annū habebat. vel vtrum malicia ſuppleret etatem. dicit ꝙ ſi puella nubilis nō erat etatis cū viro extitit deſponſata ⁊ malicia nō ſuppleret etatem ꝓculdubio inter eos nō matrimoniū ſed ſpōſalia fuerunt ꝯtracta quāuis ab ip̄o viro eadem puella fuerat ſubarrata. et ita remanere debet cum ſecūdo viro cum quo ꝯtraxit. in etate legitima. ¶ Nota ꝙ malicia ſupplet etatem circa matrimoniū ꝯtrahendū. ¶ Item matrimoniū contractū in etate legitima ſoluit ſponſalia ī minori etate ꝯtracta.

¶ De clandeſtina deſponſatione.

¶ **Si qs clam.** Si aliquis occulte deſponſauerit aliquā mulierē et ip̄e eam petat poſtmodū ī vxorem et ip̄a neget deſponſatōꝫ vir debet hoc ꝓbare. ⁊ econuerſo. ſi vir hꝫ negauerit mulier ꝓbare debet. alias abſoluet̄ vterqꝫ. ¶ Nota ꝙ qn̄ negatur matrimoniū clandeſtine contractū ei qui ſtat ꝓ matrimonio incumbit probatio.

¶ **Quod nobis.** Illi qui ꝯtrahunt matrimoniū occulte ita ꝙ aliqua ꝓbatio fieri nō poteſt. querit̄ quid iuris ſit dicit̄ ꝙ nō ſūt ab eccleſia aliquatinus compellēdi ſi alter negauerit verūtamen ſi illi hꝫ voluerit publicare ab eccleſia talia matrimonia recipienda ſūt et cōprobanda tanquam ſi a p̄ncipio in ꝯſpectu eccleſie ꝯtracta fuiſſent niſi aliq̄ rōnabilis cauſa impediat. ¶ Nō ꝙ clam ꝯtrahentes non ſūt cōpellendi cohabitare. ¶ Item viro ⁊ mulieri creditur de matrimonio. ¶ Itē matrimoniū qd ab inicio ab eccleſia non valebat ex poſt facto valet. ⁊ tunc filij reputantur legitimi.

¶ **Cum inhibicio.** Prohibitō cōiugalis copule in tribus gradibꝰ vltimis reuocata eſt. ⁊ p̄ idem conciliū .ſ. de ꝯſang. ⁊ affi. nō debet ⁊ ideo pa. eam diſtricte precipit obſeruari. vnde inherendo veſtigijs p̄deceſſoꝝ ſuoꝝ omnino ꝓhibꝫ cōiugia clandeſtina ſiue occulta precipiens ut nullus ſacerdos talibꝰ nupcijs intereſſe p̄ſumat. ſtatuēs generaliter ut cū matrimonia fuerint ꝯtrahenda in eccleſijs publice ꝓponant̄ p̄ p̄ſbiteros termino

cōpetenti ſtatuto ut infra illū ter
minū qui voluerit ⁊ valuerit legi
timū impedimentū opponat et ipi
pſbiteri p ſe nihilominus inueſti=
gent vtrū aliqd impedimētū obſi
ſtat· Si aūt ali qd rōnabile obie=
ctū fuerit ꝯtra copulam ꝯtrahen
dā ꝯtractus interdicatur expſſe do
nec impedimentū ꝓbetur Si qs aūt
hmōi matrimonia clamdeſtina vl
talit ꝓhibita iniuſte pſumpſerit i
gradu ꝓhibito etiaꝫ ignoranter
ſoboles de tali ꝯiunctōne ſuſcep=
ta illegitima ſit nullum habitura
ſubſidiū de paterna ignorācia·cū
ipi taliter ꝯtrahendo pocius affe=
ctant ignoranciaꝫ q̄ ſciēciaꝫ impe
dimenti·⁊ eodē modo filij illegiti
mi erūt ſi ambo pentes ſciunt impe
dimentū·⁊ ꝯtrahant pter om̄e in
terdictū· Si vero prochial ſacer=
dos tales ꝯiunctōnes ꝓhibere cō
tēpſerit aut intereſſe pſumpſerit
p trienniū ab officio ſuſpendatur·
⁊ illis qui ꝯtrahūt ꝯtra hmōi for
mam etiā in gradu ꝯceſſo peniten
cia imponatur condigna· Et qui ma
licioſe ad impediendā copulam le
gitimā impedimentū obiecerit ſi=
militer puniatur· Nota ꝙ clamde
ſtina matrimonia ꝓhibentur· Itē
qui ꝯtrahunt ꝯtra formā expſſaꝫ
in iſta decretali filij eoꝝ illegiti=
mi erūt·⁊ paterna ignorancia eos
non excuſat· Item q̄ poteſt ſcire
et nō ſcit idē eſt ac ſi ſciret· Iteꝫ
eccleſie opinio nō excuſat· Iteꝫ
punitur ſacerdos qui clamdeſtina
matrimonia non ꝓhibet aut q̄ eis
intereſt· Itē punitur q̄ facit cō
tra canones· Item puniūtur cō
trahentes ꝯtra formā iſtam etiam
in gradu ꝯceſſo· Item punitur q̄
malicioſe impedimētū opponit ad
impediendum legitimam copulā·

De ſponſa duorū·

Duob9 modis Augu· i capitu
lo iſto oſtendit ꝙ fides ꝯiu=
galis ꝯtractus duplex eſt· Eſt em̄
fides pactōis·⁊ fides ꝯſenſus· ſi
aliquis dedit alicui mulieri fidem
pactōis nō debet aliam ducere· ſi
aūt duxerit valet·ſed agat penitē
ciā de fide mentita· ſi aūt fides cō
ſenſus nō debet etiā aliam ducere
⁊ ſi duxerit dimittat illam ⁊ adhe
rebit priori· Eſt aūt fides pactōis
qn̄ aliqs ꝓmittit alicui mulieri ꝙ
eam duceret· ſi pmiſerit eū rem ſe=
cum habere vel etiam ꝓ ꝯſenſu· fi
des aut ꝯſenſus qn̄ p mutuū cōſen
ſum de pn̄ti adinuicem ꝯſenciūt et
mutuo ſe ſuſcipiūt· Nota ꝙ duo=
bus modis dicitur fides pactōis
ſ·⁊ ꝯſenſus· Itē adueniente for
ciori vinculo rumpitur minus forci9
Item poſt ſponſalia de pn̄ti nō
debꝫ qs ꝯtrahere ⁊ ſi ꝯtrahat de
bet redire ad pmam·

Accepiſti·

Si aliquis cō/
traxerit cū ali
qua que ſit alteri deſponſata per
verba de pn̄ti illam dimittat quia
eius vxor eſſe nō poteſt ⁊·xl·dies
peniteat Nota qd ab inicio non
valet tractu tpis nō ꝯualeſcit·

Licet preter·

Dicitur in h
capitl'o ꝙ
ſi aliquis ꝯtraxerit cū aliq p ver=
ba de pn̄ti dicendo ſic·recipio te i
meaꝫ·⁊ illa recipio te in meū·⁊ ſi
etiam nō iurauerint nō pn̄t ad alia
matrimonia cōuolare·et ſi fecerit
ſepari debent a ſecūdis ⁊ ad pmū
matrimoniū redire quāuis carnal
copula ſit ſecuta·idem habes ſup
de ſpon· Si inter· Nota ꝙ ſpon
ſalia de pn̄ti matrimonia ſūt·vnde
poſtea diſſolui nō pn̄t·

‖ Tua fraternitas Aliq̄s
coram
ſuo iudice petit aliquā in vxorem
vel aliqua petit aliquē i virū quē
dicit in eam conſenſiſſe ꝑ ꝯſenſum
mutuū de p̄ſenti· Ille appellat ad
ſe·ap·ꝛ appellatōne pendente an-
te cauſe cognitōnem ſiue ante ſen-
tenciam aliam duxit in vxoreꝫ·que
ritur quid iuris·reſpōdet papa ſi
aliquis ammodo tali caſu duxerit
appellādū iudex int̄dicat ei publi
ce ne ante deciſionem cauſe cū alia
ꝯtrahat·qd̄ ſi fecerit matrimoniū
tam preſūptuoſe cōtractū debeat
irritari quo ad thoꝝ ꝛ ſeparari de-
beāt ꝯtrahētes ab inuicē vſqꝫ ad
deciſioneꝫ cauſe· ‖ Nota ꝙ pendē
te appellatōne nihil eſt innouādū
‖ Itē q̄ ꝯtrahit cōtra interdictū
eccleſie debet ſeparari ab illa q̄uſqꝫ
cognoſcatur de impedimento·

‖ Tuas dudū Olim obtinu
it cōſuetudo
in eccl̄ia mutineñ·vt ſi quis aliquā
deſponſaſſet ꝑ verba de p̄nti ꝛ an
te carnalem copulaꝫ aliā accipiat
ꝛ cognoſcat ſibi adiudicabat̄ ꝙ p̄
mo cognouit q̄r vo turpis ē omīs
ps que ſuo nō cōgruit vniuerſo·
ꝛ eccleſia mutineñ·tenere debet ꝛ
ſeruare qd̄ romana eccl̄ia et ſua me
tropolis ſeruat·p̄cipit pa·ut ec-
cleſia mutineñ·in matrimonijs cō
trahēdū obſuet ut poſtquā inter
ꝑſonas legitimas conſenſus legiti
mus interuenerit d̄ p̄nti poſtea cū
alijs ſi de facto ꝯtrahant qd̄ ꝑus
de iure factū fuerat non poterit ir
ritari· ‖ Nota ꝙ turpis ē ps que
ſuo nō congruit vniuerſo· ‖ Iteꝫ
ꝙ romana eccleſia et ſua metropo
lis ſeruat ſubditi ſuare debent·
‖ Itē carnalis copula nō facit ma
trimoniū ſed ꝯſenſus·

‖ De conditōnibus appoſi- tis matrimonio et alijs con- tractibus·

Si aliquis de
Qvicunqꝫ ſponſauerit
aliquā ſub ꝯditōne que nō
ſit ꝯtra ſubſtanciā matrimonij·pu
ta ꝯtraho tecū ſi furtum feceris·ſi
voluerit eam relinquere·queritur
an poſſit·rn̄·ꝙ ꝯdicio frangat̄ et
matrimoniū firmiter teneat̄· ‖ Nō
ta turpem ꝯditōnem que nō ſit cō
tra ſubſtanciaꝫ matrimonij non im
pedire matrimonium·

Quidam diaco
‖ Cū ſit ꝓpriū· nus manumiſit
duos ſeruos ſub hac conditōne ut
monachi eſſent ꝛ ꝑmanerent in q̄
dam monaſterio·adiciens ut ſi cō
tra facerent iterū ſubicerent̄ ſerui
tuti·ꝛ vnus illoꝝ receſſit a condi
tōne ꝛ de monaſterio exiuit·ut int̄
clericos ſeculariter ꝯuerſaret̄·vn̄
q̄dam p̄ſbiter illius monaſterij de
hoc conqueſtꝰ eſt dn̄o pa·vn̄ man
dat ep̄o dioceſano vt ſi ita eſſe in
uenerit cōpellat eū vt in monaſte
rio ꝑmaneat·nec monaſteriū deſe
rat·ꝛ voluntas manumittentis nō
valeat p̄teriri· ‖ Nota ꝙ libertas
poteſt ſub conditōne dari· ‖ Itē
ex quo quis monachus eſt oportet
ꝙ monachus ꝑſeueret· ‖ Iteꝫ vo
luntas manumittentis ſuanda eſt·

‖ De illis· Aliquis iurauit
cuidam mulieri
ſub hac forma verboꝝ· Ego acci
piam te in meā ſi tantū mihi dona
ueris mulier nolebat ſoluere illud
qd̄ pecijt·querit̄ vtrū ſit ꝑiurus ſi
eam nō acceperit·rn̄·ꝙ nō erit ꝑ-
iurus ſi noluerit eam accipe i vxo-
rem niſi ꝯſenſus de p̄nti poſtea ac
ceſſerit vel carnalis copula fuerit
ſubſecuta ‖ Nō ꝙ ꝯdicio honeſta

poteſt interuenire in matrimonio
¶ Item ea que ſub ɔditōne ꝓmit=
tuntur vel iurant̄ nō obligāt niſi
a ɔditōne recedatur·

¶ Verū cū alicui· Aliquis donauit
aliquam poſſeſſionem alicui eccle
ſie ſub aliqua ɔditōe id eſt ſub mo
do ut aliquid fiat et ſic donatō te
nuit eccleſia non ſeruabat modum
in donatōne appoſitū· donator re=
uocare volebat donatōnem· queri
tur an poſſit· rñ· ꝙ non poteſt niſi
tali cōditōne id eſt tali pacto do=
natū ſit ꝙ ea ceſſante donatio de=
beat reuocari tūc em̄ ſi nō fiat qd
ɔuenit donatio reuocatur· ¶ Nota
ꝙ donator in traditōne rei ſue pt̄
apponere pactū ſiue modū dummō
non ſit ɔtra leges·

¶ Sup eo vero· Quidā contraxit ma=
trimoniū cum aliqua muliere ſub
aliqua ɔditōne ut ſi patri ei9 pla=
ceret· querit̄ vtrū ſit cōpellendus
ad matrimoniū conſūmandū· rñ· ꝙ
ɔſenſus liber dici nō poteſt qui in
alieno arbitrio reſeruatur· ⁊ con=
ditio talis nō improbatur a iure·
ideo niſi voluntas patris accedat
nō eſt ad matrimoniū ɔtrahēdum
compellēdus· poſtea rñdet papa
decretali alex· que videtur huic re
ſponſo contradicere· dicit alexan=
der ſponſalia interpoſita conditō
ne ɔtracta licet non ſit impleta cō
ditio ſi conſenſus de preſenti inter
cedat· vel carnalis copula ſubſeqt̄
matrimonium illud diſſolui nō de
bet· illa decretalis nō contradicit
huic quia talis conſenſus nō eſt de
ꝑſenti habendus quāuis ꝑ verba
de preſenti exꝑmatur· qui in alie=
no arbitrio habendo ɔſiſtit· ¶ No
ta ꝙ matrimonium ſub conditōne
contrahi poteſt non tamen tenet
niſi cōditio extiterit vel receſſum
ſit a conditōne ꝑ contrariū factū·

¶ Per tuas· Quedā mulier p· nomine pe=
tebat quendam in virum· n· nomie
dicens ꝙ mutuus conſenſus inter
eos ⁊ carnalis copula acceſſit· vir
ille non negabat ſpōſalia ɔtracta
et carnalem copulam ſubſecutam·
dicebat tamen ſe non teneri illā du
cere in vxorem quia ſponſalia int̄
eos tali conditōne contracta fue=
rūt· ſi pater eius ⁊ patruus ſpon=
ſalibus ɔſentirent· Sed ipi ꝙ cito
ſciuerūt ɔtradixerūt· Teſtes ſup
hoc recepti fuerunt· teſtib9 recep
tis ⁊ publicatis· dicebat mulier ꝙ
licet ſponſalia contracta fuiſſent
ſub conditōne predicta non tamē
ſibi fuerat a patre viri vel patruo
ɔtradictum ⁊ ante tempus ɔditō
nis expreſſum a teſtibus ⁊ poſt di
cebat in eos carnalem copulam ac
ceſſiſſe· Judex dubitās qualit̄ eſſet
in hoc negocio procedendū· Pro
ceſſum cauſe ad dñm papam remi=
ſit· ip̄e inſpectis atteſtatōnib9 re
ſpondit eidem· ꝙ cū manifeſte con
ſtet ꝙ poſt contracta ſpōſalia car
nalis copula ſit inter eos ſubſecu=
ta ꝓ matrimonio eſt preſumendū·
quia receſſiſſe vident̄ a conditōne
appoſita quia etſi conſtet ꝑ teſtes
ꝙ poſtquā pater et patruus viri
ɔtradixerūt ſponſalibus idem vir
carnaliter cognouit eandem· non
eſt tamē aliquo modo ꝓbatum ꝙ
antequā ip̄e cognouiſſet eandē pa
ter ⁊ patruus eius cōtradicere cu
rauiſſent· ¶ Nō ꝙ dubia ꝓbatio n̄
facit fidē ſ3 apte ⁊ clare d3 qs in=
tentō3 ſua3 ꝓbare prout h patet

¶ Si ɔditōnes· Aliquis cō
trahit ma=
trimonium ſub conditōne que ē cō
tra ſubſtanciam mr̄imonij h modo

Contraho tecū ſi ꝓlem euites vel donec inueniam aliā digniorē honore vel facultatib9. vel ſi ꝓ queſtu te adulterandā tradas. queritᷣ vtrum in talibus caſib9 teneat matrimoniū. rñ. pa. quantūcūqꝫ matrimonialis ɔtractus ſit fauorabil' tñ in caſibus p̄dictis caret effectu quāuis alie appoſite cōditōnes in mr̄imonio ſi turpes fuerint aut impoſſibiles debeāt ꝓ nō adiectis haberi ꝓpter fauorem matrimonij. // Nota ꝙ ɔdicio appoſita ī matrimonio ɔtra ſubſtanciaꝫ ip̄ius reddit matrimoniū nullum. alie vero ɔditōnes ꝓ non adiectis habentᷣ ſi apponantur.

Qui clerici vel vouentes poſſunt matrimoniū contrahere.

De diacono. Quidaꝫ diaconus in ſabbato ſancto alium diaconum vulnerauit et vxorem accepit quid ſit agendū de ip̄o queritᷣ. rñt pa. ꝙ ſi corde ɔtrito et humiliato ad eccleſiā redire voluerit abſolutōne obtenta dimiſſa ea quā accepit in vxorem et impoſita ſibi penitēcia d' vtroqꝫ exceſſu ea pacta poterit ep̄us ſu9 cum ip̄o diſpenſare et officiū diaconatus ſibi reddere et ſi bone vite apparuerit in p̄ſbiterū ordinare. In fine dicit ꝙ diaconus q̄ homicidiū fecerat ſiue etiaꝫ non fecerat matrimoniū ɔtrahere non poteſt. // Nota ꝙ ep̄s poteſt diſpenſare cum eis q̄ in ſacris ordinibus ɔtrahunt matrimoniū.

Ex lr̄arū. Quidam ſubdiaconus copulauit ſibi q̄ndam mulierē in vxorē. ep̄s ſu9 fecit illum abiurare ip̄am mittens ip̄m dn̄o pape petens q̄d ſit de ip̄o faciendū. pa. ɔmēdat ep̄m mandans quatin9 ſi ad religionē tranſire voluerit et dign9 apparuerit poterit illum ad maiores ordines ꝓmouere q᷑ ſi ad religionem tranſire noluerit neqꝫ in ſubdiaconatu ꝑmittat illū adminiſtrare neqꝫ ad maiores ordines ꝓmoueri. ſꝫ in minoribus poterit miniſtrare. // Nota ꝙ hic nō ꝑmittit papa diſpenſare cum illo qui ɔtraxit in ordine ſubdiaconatus. Sed in precedenti capitulo dicit pa. q' ep̄us cū tali diſpenſare poteſt. ratio reddi tur ī glo. in capitulo iſto ſignata. // Itē fauore religionis miti9 agitur cum aliquo. // Itē ſi ſubdiaconus ɔtrahit matrimoniū in ordine ſubdiaconali miniſtrare nō debet.

Meminim9. Aliquis ſuſcepit habitum religionis. Queritᷣ an poſſit poſtea ɔtrahere matrimoniū. rñ. pa. ꝙ ſi ſe deuouerit religioni et ꝓfeſſioꝫ fecerit poſtea mr̄imoniū cōtrahē ñ pt̄. q᷑ ſi ɔtraxerit poſtea cōpellend9 eſt eaꝫ dimittere et ad monaſteriū redire ſꝫ ſi nec habitū ſuſcepit nec ꝓfeſſioneꝫ fecit ſꝫ ſolū modo votum fecit ſi poſtea ɔtraxerit nō eſt cogendus ad religioneꝫ tranſire nec matrimonium debꝫ reſcindi. // Nō ꝙ votū ſimplex ñ impedit mr̄imoniū ɔtractū cū ſit forti9 vinculū q̄ꝫ votum ſimplex.

Conſuluit. Quedaꝫ nobil' mulier veſtib9 p̄cioſis abiectis mutauit habitū et d' manu p̄ſbiteri velū aſſumpſit. ſꝫ ñ renūciauit ꝓprijs. nec intrauit clauſtꝝ. nec ī manu alicui9 ꝓfeſſā ē. l' obediētiā ꝑmiſit. poſtmod' āno elapſo mr̄imoniū ɔtraxit. q̄ritᷣ q̄d iuris. rñ. pa. ꝙ ſic ſimplex votū ĩ impedit mr̄imonium ɔtrahēdum. ſꝫ ñ

dirimit iam ɔtractum ita habitus
ſine ꝓfeſſione ſuſceptus īpedit ne
ɔtrahat̃. ſed nō diſſoluit iam con-
tractū. ¶ Nota ꝙ votū ſimplex im
pedit matrimomū ɔtrahendū ſed
nō dirimit iam ɔtractū. ¶ Itez ha
bitus ſine ꝓfeſſione monachū non
facit.

Veniens. Quedā mulier ꝓ
miſit fide data ſe
nupturaz cuidā viro abſenti. poſt
modū audiuit plura de crudelita-
te ip̄i9 noluit cum eo ɔtrahere. ⁊
cū timeret ne cōpelleret̃ ɔtrahe-
re cum ip̄o i manu. m. heremite vo
tum ɔtinencie ꝓmiſit que tñ veſtē
vel locū nō mutauit. vir hoc audi-
to cum alia ɔtraxit. dictus heremi
ta ad dñm papā acceſſit ꝓponēs ei
p̄dicta. ip̄e ɔſiderans tuci9 eſſe vt
p̄dicta mulier poſt fidem et votū
ſimplex matrimoniū contrahat ꝙ̃
fornicatōz īcurrat. mādat ep̄o ut
ſi nō ē amplius in facto ꝓceſſum d
fide mentita ⁊ de voto violato pe
nitenciā imponat ⁊ ei det licenciā
ɔtrahendi. ¶ Nota ꝙ poſt votum
ɔtinencie ſimplex matrimoniū con
tractū non diſſoluitur.

Rurſus. Quidā emiſit vo
tum caſtitatis. et
poſtea iurauit ſe ducturū q̄ndaz in
vxorem. queſitū fuit qd iſtoꝝ po
ti9 ſuari debeat votū vel iuramē
tum. rñt. pa. ꝙ ſimplex votū apud
